in verbo veritatis/ in virtute dei. Per arma iusticie: a dextris ⁊ a sinistris. Per gloriã ⁊ ignobilitatem: per infamiã ⁊ bonã famaz. vt seductores: et veraces. Sicut qui ignoti: ⁊ cogniti. Quasi morientes: ⁊ ecce viuimus. Ut castigati: et non mortificati. Quasi tristes: semper autẽ gaudentes. Sicut egentes: multos autẽ locupletãtes. Tanq̃ nichil haben-

ps. xc. tes: ⁊ oĩa possidẽtes. Gr. Angelis suis mandauit de te: vt custodiãt te ĩ oib⁹

Ibidẽ. viis tuis. ℣. In manib⁹ portabunt te: ne vnq̃ offẽdas ad lapidẽ pedẽ tuum. Tr.

ps. xc. Qui habitat in adiutorio altissi-

⁊ oĩa i- mi: in ptectione dei celi cõmora-

fra. bitur. ℣. Dicet domino susceptor meus es tu: et refugiũ meum deus meus sperabo in eum. ℣. Quoniã ipse liberauit me de laqueo venantium: et a verbo aspero. ℣. Scapulis suis obũbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis. ℣. Scuto circundabit te veritas eius: nõ timebis a timore nocturno. ℣. A sagitta volãte per diẽ a negocio perambulãte in tenebris: a ruina et demonio meridiano. ℣. Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis: tibi autem nõ appropinquabit. ℣. Quõ angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis. ℣. In manibus portabunt te: ne vnq̃ offendas ad lapidẽ pedem tuum. ℣. Super aspidem et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem et drachonem. ℣. Quoniã in me sperauit liberabo eum: protegam eum quoniã cognouit nomen meum. ℣. Inuocauit me et ego exaudiã eum: cum ipso sum in tribulatione. ℣. Eripiã eum et glorificabo eũ: longitudine dierũ adimplebo eũ/ et ostendã illi salutare meũ.

Euãgeliũ. Secundũ Matheum



In il. tpe: Ductus est iesus in desertũ a spiritu: vt tẽtaretur a dyabolo. Et cuz ieiunasset quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctib⁹: postea esuriyt. Et accedẽs tẽtator: dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiãt. Qui rñdẽs: dixit. Scriptũ est. Nõ ĩ solo pane viuit hõ: sed ĩ oĩ verbo qd̃ pcedit de ore dei Tũc assũpsit eũ dyabol⁹ ĩ sanctã ciuitatẽ: ⁊ statuit eũ supra pinaculũ tẽpli/ ⁊ dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsũ. Scriptũ ẽ ei/ qr angelis suis mãdauit de te: et in manib⁹ tollẽt te/ ne forte offẽdas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Ait illi iesus rursũ Scriptũ est Nõ tẽtab dñz deũ tuũ Iter assũpsit eũ dyabol⁹ ĩ mõtẽ excelsũ valde: ⁊ ostẽdit ei oĩa regna mũdi/ ⁊ gl'iaz eor. et dixit illi. Hec oĩa tibi dabo: si cadẽs adoraueris me. Tũc dixit ei iesus. Uade sathana. Scriptũ ẽ ei Dñz deũ tuũ adorabis: ⁊ illi soli seruies. Tũc reliq̃t eũ dyabol⁹: ⁊ ecce ãgeli accesserũt: ⁊ ministrabãt ei. Offr. Scapul' suis obũbrabit tibi dñs: ⁊ sub pẽnis ei⁹ sꝑabis/ scuto circũdabit te veritas ei⁹. Secre.

Sacrificiũ q̃dragesimal' initii solẽnit' imolam⁹ te dñe dep̃cãtes vt cũ epularũ restrictiõe carnaliũ: a noxiis quoq; voluptatib⁹ tẽperemur. P d̃. Pref. quo. Cõ. Scapul' suis obũbrabit tibi/ ⁊ sub pẽnis ei⁹ sꝑabis scuto circũdabit te veritas ei⁹. Postcõ.

Right margin: c. iiii. a (beside "In il. tpe:"); B. (beside "Scriptũ ẽ ei/"); ps. xc. (beside "Offr."); ps. xc. (beside "Cõ.")

Ut nos dñe sacramēti libatio sācta restauret: ꝛ a vetustate purgatos/in mysterij salutar; faciat trāsire ꝯsortiū. p d
¶Fer.ij.post Inuocauit.Offm.

p̄s.cxxii Sicut oculi seruoꝝ ī manibus dñoꝝ suoꝝ: ita oculi nr̄i ad dñm deū nr̄z donec misereaꝛ nr̄i miserere nob; dñe miserere nob;
Eodē. p̄s. Ad te leuaui ocl'os meos:q̄ habitas i celis. Oꝛe9. Flectam9 geñ. Le.oꝛ

Conuerte nos de9 salutaris noster: ꝛ vt nobis ieiuniū quadꝛagesimale ꝓficiat:mētes nostras celestib9 instrue disciplinis. Per dñm. Ab hac die vsq; ad cenā dñi in oi missa de ieiunio dicunꝛ septē orōnes sicut i dñica prima aduēt9 dñi supꝛadictū est.
B. Epl'a. Lectio ezechielis ꝓphete.
ca.xxxiiij.C. Hec dicit dñs de9: Ecce ego ipse requirā oues meas: et visitabo illas sicut visitat pastoꝛ gregē suū/in die quādo fuerit in medio ouiū suarū dissipatarū. Sic visitabo oues meas: ꝛ liberabo eas de oībus locis:ī quibus disperse fuerāt in die nubis
D et caliginis. Et educā eas de populis: ꝛ cōgregabo eas de terris Et inducā eas in terrā suā/ꝛ pascam eas in montib9 israel:in riuis ꝛ in cunctis sedib9 terre. In pascuis vberrimis pascā eas: et in montib9 excelsis israel erunt pascue earū. Ibi requiescēt i herbis virentib9: ꝛ in pascuis pinguib9 pascētur super montes israel. Ego pascam oues meas: ꝛ ego eas accubare faciā dicit dñs deus. Quod perierat requirā: ꝛ qd abiectū fuerat reducā: ꝛ quod confractuz fuerat alligabo/ ꝛ qd infirmū fuerat cōsolidabo / ꝛ qd pingue et forte custodiā. Et pascam illas: in iudicio et iusticia. Dicit dñs: omnipotēs. Gr. Protectoꝛ noster aspice deus: et respice super seruos tuos. V. Domie deus virtutū exaudi pꝛeces seruoꝝ tuoꝛum. Tract9.
Psal. lxxxiii. Eodē. p̄s.cii. Domine non scdm peccata nostra que fecim9 nos: neq; scdm iniq̄tates nr̄as retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniq̄tatū nostrarū antiquaꝝ:
Psal. lxxviii cito anticipent nos mie tue: quia paupe res facti sumus nimis. Hic nō fiat genuflectio cum dicif V. Adiuua nos
Ibidē. de9 salutaris noster: et ꝓpter glaz nois tui dñe libera nos:et ꝓpici9 esto peccatis nostris pꝛopter nomen tuū. Sequētia sancti euāgelij secundū matheū



ca.xxv C In illo tēpoꝛe: Dixit ies9 discipulis suis. Cū venerit fili9 hois in maiestate sua et oēs āgeli cū eo:tunc sedebit sup sedē maiestatis sue. Et ꝯgregabunꝛ āte eū oēs gētes/ꝛ sepabit eos abinuicē: sicut pastoꝛ segregat oues ab hedis. Et statuet oues qdē a dextris suis:hedos autē a sinistris. Tūc dicet rex: his q̄ a dextris ei9 erūt. Uenite bñdicti pr̄is mei: possidete patū vobis regnū a ꝯstitutiōe mūdi. Esuriui ei: ꝛ dedistis michi māducare. Sitiui: ꝛ dedistis michi bibere. Hospes erā: ꝛ collegist; me. Nud9: ꝛ opuist; me. Infirm9: et visitastis me. In carcere eram:

p̄s.xc. p̄s.xc.

et venistis ad me. Tunc respõde
bunt ei iusti: dicẽtes. Dñe/ quan
do te vidimus esurientẽ: ⁊ pavi-
mus? Sitientẽ: ⁊ dedim⁹ tibi po
tum? Quãdo autẽ te vidim⁹ ho-
spitẽ: ⁊ collegim⁹ te? Aut nuduz:
et cooperuim⁹ te? Aut quãdo te
vidim⁹ infirmũ / aut in carcere:
et venimus ad te? Et respondẽs
rex: dicet illis. Amẽ dico vobis:
q̃diu fecistis vni de his fratrib⁹
meis minimis / michi fecistis.
Tũc dicet ⁊ his: q̃ a sinistris eius
erũt. Discedite a me maledicti in
ignẽ etnũ: q̃ parat⁹ est dyabolo/
et angelis eius. Esurivi enĩ: ⁊ nõ
dedistis michi manducare. Siti-
vi: et non dedistis michi potum.
Hospes erã: ⁊ nõ collegistis me.
Nud⁹: ⁊ nõ cooperuistis me. In-
firmus ⁊ in carcere: et nõ visita-
stis me. Tũc respondebũt ei ⁊ ip-
si: dicẽtes. Dñe/ quãdo te vidim⁹
esurientẽ/ aut sitientẽ/ aut hospi
tem/ aut nudũ/ aut infirmũ/ vel
in carcere: ⁊ nõ ministravimus
tibi? Tũc respõdebit illis: dicẽs.
Amẽ dico vobis: q̃diu non feci-
stis vni de minorib⁹ his/ nec mi-
chi fecistis. Et ibũt hi i suppliciũ
eternũ: iusti autẽ in vitã eternã.
Psal. Offer. Levabo oculos meos et cõsidera
cxviii. bo mirabilia tua dñe: vt doceas me iusti-
ciã tuã/ da michi intellectũ: vt discã man
Eodẽ. data tua. ℣. Legẽ pone michi dñe et viã
iustificationũ tuarũ exquirã: et in prece-
ptis tuis exercebor. Secreta.
ACcepta tibi sit dñe q̃s no-
stre devotionis oblatio: q̃ ⁊ ieiu-
niũ nostrũ te operãte sanctificet:
et indulgentiã nobis tue cõsola-
tionis obtineat. Per dñm. Pref.

Qui corporali ieiunio. Cõio. Vo- Ps. iii.
ce mea ad dñm clamavi: et exaudivit me
de mõte sancto suo. nõ timebo milia po-
puli circundãtis me. Postcõ.
PRosint nobis dñe q̃s fre-
quentata mysteria: que nos et a
cupiditatib⁹ terrenis expediãt/
et instruant amare celestia. Per
dñm. Super populũ. Humilia-
te capita vestra deo. Oratio.
ABsolve q̃s dñe nostrorũ
vincula peccatorũ: et q̃c-
quid pro eis meremur: propicia-
tus averte. p. d. ¶ Feria. iij. post
Invocavit. Ad missam. Officiũ.
DOmine refugiũ fact⁹ ps. xcix.
es nobis a generatio-
ne ⁊ pgenie: a seculo ⁊
in seculũ tu es. ps. Pri- Ibidẽ.
usq̃ montes fierẽt: aut formaret terra et
orbis. Non dicit vlterius. Orem⁹
Flectam⁹ genua Levate. Oro.
REspice dñe familiã tuã et
presta: vt apud te mens no
stra tuo desiderio fulgeat: que se
carnis maceratiõe castigat. Per
dñm. Lectio esaie pphete.
IN diebus illis: Locut⁹ est ca. lv.
esaias ppheta: dicens. Querite B.
dñm/ dum inveniri potest: invoca-
te eũ/ dum ppe est. Derelinquat
impi⁹ viã suã/ ⁊ vir iniqu⁹ cogita
tiões suas: ⁊ revertat ad dñm/ ⁊
miserebit ei⁹: ⁊ ad deũ nrm/ quo
niã multus est ad ignoscenduz.
Non enim cogitationes mee/ co C.
gitatiões vr̃e: neq̃ vie mee/ vie
vestre dicit dñs. Quia sicut exal-
tant celi a terra: sic exaltate sunt
vie mee a vijs vr̃is/ ⁊ cogitatio-
nes mee a cogitatiõib⁹ vr̃is. Et
quomodo descẽdit ymber et nix

de celo / et illud vltra nō reuertitur sed inebriat terrā et infundit eam/ et germinare eam facit/ et dat semen serenti et panē comedēti: sic erit verbū meū quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuū: sed faciet quecūque volui/ et prosperabitur in his ad que misi illud. Ait dn̄s: oēs. Gr. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo dn̄e. ℣. Eleuatio manuū mearū sacrificium vespertinū. Secundum Matheum.



In il. t. Cū intrasset iesus hierosolymam: commota est vniuersa ciuitas: dicēs Quis est hic? Populi autem dicebāt. Hic est iesus propheta: a nazareth galilee. Et intrauit iesus in templū dei. Et eijciebat omnes vendētes et ementes in tēplo et mensas nummulariorū et cathedras vendentiū columbas euertit. Et dixit eis. Scriptum est: quia domus mea domus orationis vocabitur. Uos autem fecistis illā: speluncā latronum. Et accesserūt ad eum ceci et claudi in templo: et sanauit eos. Uidentes autem principes sacerdotū et scribe mirabilia que fecit: et pueros clamātes in tēplo et dicentes. Osanna filio dauid: indignati sunt/ et dixerunt ei. Audis quid isti dicūt? Jesus autem dixit eis. Utique. Nunquam legistis quia ex ore infantiū et lactentiū / perfecisti laudem? Et relictis illis: abijt foras extra ciuitatē in bethaniam.

Ibique mansit: et docebat eos de regno dei. Offr. In te speraui domine di xi tu es deus meus: in manibus tuis tpa mea. ℣. Illumina faciē tuā super seruū tuū: et saluū me fac propter misericordiam tuā domine nō cōfundar quoniā inuocaui te. Secreta.

Presta dn̄e q̄sumus / vt dicato muneri congruentem nostre deuotionis tibi offeramus affectū. Per dn̄m. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Cōio. Cū inuocarē te exaudisti me deus iusticie mee: in tribulatiōe dilatasti me. miserere michi dn̄e et exaudi orationē meā. Postcōio.

Quesumus oēs deus/ vt illius salutaris capiamus effectū: cuius per hec mysteria pignus accepimus. p. d. Sup populū. Humiliate capita vestra deo. Orō.

Ascendant ad te dn̄e preces nr̄e: et ab ecclesia tua cunctā repelle nequiciā. p d. ¶ Feria quarta.iiij.tpm.xl. Officiū.

Reminiscere miseratio num tuarū dn̄e/ et misericordie tue que a seculo sunt: ne vnquam dominentur nobis inimici nostri libera nos deus israel ex oibus angustijs nostris. ps. Ad te domine leuaui aiam meā: deus meus in te cōfido nō erubescam. Sequitur oratio sine Dn̄s vobiscū. sed cum Oremus/ et Flectamus genua Leuate. Oratio.

Preces nr̄as q̄s dn̄e clemēter exaudi: et cōtra cuncta nobis aduersantia/ dexterā tue maiestatis extēde. p d. Lectō libri

In dieb. ill. Dixit dn̄s Exodi ad moysē. Ascēde ad me in mōtē: et esto ibi. Dabo tibi duas tabulas lapideas/ et legē/ ac mā-

data q̄ scripsi: vt doceas filios is-
rael. Surrexerunt moyses et iosue
minister ei⁹: ascēdēsq̄ moyses in
D. montē dei / senioribus ait. Expecta
te hic: donec revertamur ad vos.
Habetis aaron ⁊ hur vobiscū: si
qd natū fuerit q̄stiōis / referetis
ad eos. Cūq̄ ascēdisset moyses:
operuit nubes mōtē ⁊ habitauit
gloria dn̄i sup sinay tegēs illum
nube sex dieb⁹. Septimo autem
die: vocauit eū dn̄s de medio ca-
liginis Erat aūt species glie dn̄i
quasi ignis ardēs sup verticem
mōtis: in cōspectu filiorū israel.
Ingressusq̄ moyses mediū ne-
bule ascēdit in montē. Et fuit ibi
quadragita dieb⁹: ⁊ quadragita
Psal. noctibus. Gr. Tribulationes cordis
xxiiii. mei dilatate sūt / de necessitatib⁹ meis eri
Eodē. pe me dn̄e. V. Vide hūilitatē meā ⁊ labo-
rem meū: ⁊ dimitte oia pctā mea. Nō re
petat. Gr. sed sequat Dn̄s vobis
cū. Flectam⁹ genua Levate. or
Devotionē populi tui q̄s
dn̄e benignus intēde: vt q̄
per abstinētiā macerant i corpo-
re: per fructū boni operis refici-
ant in mēte. p. d. Hic dicunt me-
morie cōsuete. Lectio libri regū.
iii. ca. In diebus illis. Venit he-
xix. A. lias i bersabee iuda ⁊ dimi
sit ibi puerū suū: ⁊ pexit in deser
tum viā vnius diei. Cūq̄ venis-
set ⁊ sederet subter vnā iuniperū:
petiuit aīe sue vt moreret / ⁊ ait.
Sufficit michi dn̄e: tolle animā
meā. Neq̄ enim melior sum: q̄
patres mei. Proiecitq̄ se: et ob-
dormiuit in vmbra iuniperi. Et
ecce angel⁹ dn̄i tetigit eū: dixitq̄
illi. Surge: comede. Et respexit.

Et ecce ad caput suū subcinericī⁹
panis: ⁊ vas aq̄. Comedit ergo
et bibit: ⁊ rursū obdormiuit. Re-
uersusq̄ est angel⁹ dn̄i scd̄o ⁊ teti
git eum: dixitq̄ illi. Surge come B.
de: grādis ei tibi restat via. Qui
cum surrexisset: comedit ⁊ bibit.
Et ambulauit i fortitudīe cibi il-
lius: quadraginta dieb⁹ ⁊ quadra
ginta noctib⁹: vsq̄ ad mōtē dei
oreb. Chor⁹ alternati dicat. Tr.
De necessitatibus meis eripe me Psal.
dn̄e / vide hūilitatē meā ⁊ laborē xxiiii.
meū: ⁊ dimitte oia peccata mea. V. Ad te Eodē.
dn̄e leuaui aiam meā: de⁹ me⁹ in te cōfido
nō erubescā / neq̄ irrideāt me inimici mei.
V. Eteni vniuersi qui te expectāt non cō Eodē.
fundētur: cōfundātur oēs faciētes vana.
Et dicit iste tractus in oī quarta
feria: vsq̄ ad dn̄icam palmarū.
Euangeliū. Secundū matheū.
In illo tpe: Accesserūt ad ie- ca. xii.
sum scribe ⁊ pharisei: dicē- C.
tes. Magister volum⁹ a te signū
videre. Qui rn̄dēs: ait illis. Gn̄a
tio mala ⁊ adultera signū q̄rit: ⁊
signū nō dabit ei / nisi signū ione
pphete. Sicut ei fuit ionas i vē- D.
tre ceti trib⁹ dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctib⁹:
ita erit fili⁹ hoīs i corde tre trib⁹
dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctib⁹. Viri niniui
te surgēt i iudicio cum gn̄atione
ista: ⁊ cōdēnabūt eā / q̄r penitētiā
egerūt in p̄dicatione ione. Et ec-
ce plusq̄ ionas hic. Regina austri
surget i iudicio cū gn̄atiōe ista et
cōdēnabit eā: q̄r venit a finib⁹ ter
re audire sapiētiā salomonis Et
ecce plusq̄ salomon hic. Cū autē
immūd⁹ spirit⁹ exierit ab homi-
ne: ambulat per loca arida q̄rēs
requiem ⁊ nō inuenit. Tunc dixit.

Reuertar in domū meam: vnde
exiui. Et veniens iuenit eam va=
cantē: scopis mūdatā ⁊ ornatā.
Tūc vadit/ ⁊ assumit septē alios
spūs secū neqores se: et intrātes
habitabāt ibi. Et fiūt nouissima
hoīs illius: peiora priorıbꝰ. Sic
erit et generationi huic pessime
Adhuc eo loquēte ad turbas: ec=
ce mater eius ⁊ fratres stabāt fo=
ris/ querētes loqui ei. Dixit au=
tem ei quidaz. Ecce mater tua/ et
fratres tui: foris stant querētes
te. At ipse respondēs: dicenti sibi
ait. Que est mater mea: ⁊ q̄ sunt
fratres mei? Et extēdēs manū i
discipulos suos: dixit. Ecce mat
mea: et fratres mei. Quicūq; eni
fecerit volūtatē pr̄is mei q̄ in ce=
lis est: ip̄e meus frater: ⁊ soror/ et
mater est. Offr. Meditabor i mādatꝭ Psal.
tuis q̄ dilexi valde: ⁊ leuabo manꝰ meas cxviii.
ad mādata tua que dilexi. ℣. Pars mea
dn̄e dixi custodire legē tuā: iprecatꝰ sum
vultū tuū in toto corde meo. Secreta.
Intende q̄s dn̄e sacrificiuz
singulare: vt huius parti=
cipatione mysterij que sperāda
credimus/ expectata sumamus.
Per. Prefatio. Qui corporali ie=
iunio. Cōio. Intellige clamorē meū: ps. v.
intende voci oratiōis mee rex meus ⁊ deꝰ
meus/ quoniā ad te orabo dn̄e. Postcō.
Da q̄s op̄s deus/ vt reatuz
nostrū munera sacra pu=
rificēt: ⁊ recte viuendi nobis ope
rent effectum. Per dominū. Su=
per populū. Oremus. Humilia=
te capita vestra deo. Orō.
Mentes nostras q̄s dn̄e lu=
mine tue claritatis illustra: vt vi
dere possimus que agenda sunt/
et que recta sunt/ agere valeamꝰ
Per dominum. ¶ Feria. v. post
Inuocauit. Ad missam. Officiū

Onfessio et pulchritu= ps. xcv.
do in ꝯspectu eius/ san=
ctitas ⁊ magnificentia
in sanctificatione eius
ps. Cantate dn̄o canticū nouum: canta Eodē.
te dn̄o omnis terra. Oremꝰ. Flecta=
mus genua Leuate. Oratio.
Omnipotēs sempit̄ne deꝰ:
qui in obseruatiōe ieiunij
et elemosynarū largitione no=
strorū posuisti remedia pctōruz:
cōcede nos mēte et corpore semp
tibi esse deuotos. Per dn̄m. Epi=
stola. Lectio ezechielis pphete.
In diebꝰ illis: Factꝰ est ser= c. xviii.
mo dn̄i ad me: dicēs. Quid A.
est qđ inter vos hanc parabolaz
vertitis in puerbiū istud i terra
israel/ dicētes? Patres nr̄i come=
derūt vuā acerbā: ⁊ dentes filioꝝ
obstupescūt. Viuo ego dicit dn̄s
deꝰ: si erit vobis vltra parabola
hec in puerbiū i isrl̄. Ecce oēs aīe
mee sūt Ut aīa pr̄is: ita ⁊ aīa filij
mea est Aīa q̄ peccauerit: ip̄a mo
riet. Et vir si fuerit iustꝰ ⁊ fecerit B.
iudiciū ⁊ iusticiā/ i mōtibꝰ nō co=
mederit/ ⁊ oculos suos nō leuaue=
rit ad ydola domꝰ isrl̄/ ⁊ vxorē p=
ximi sui nō violauerit/ ⁊ ad mu=
lierē mēstruatā non accesserit/ ⁊
hoīez nō ꝯtristauerit/ pignꝰ debi
tori suo reddiderit/ p vim nichil
rapuerit/ panē suū esuriēti dede=
rit/ ⁊ nudū operuerit vestimēto/ ad
vsurā non cōmodauerit/ et am=
plius non acceperit/ ab iniq̄tate
auerterit manū suā/ iudiciū verꝫ
fecerit inter virum et viruz/ et in

preceptis meis ābulauerit/ et iu-
dicia mea custodierit vt faciat ve
ritatē: hic iustus est. vita viuet.
C. Ait dn̄s deus. Q̄d si genuerit filiū
latronē effundentē sanguinē/ et
fecerit vnū de istis. et hec q̄dē oīa
nō facientē: nūq̄d viuet? Cū vni-
uersa detestāda hec fecerit: mor-
te morietur. Sanguis eius i ipso erit
Q̄d si genuerit filiū q̄ videns oīa
pctā pr̄is sui que fecit. timuerit/ et
nō fecerit simile eis/ iudicia mea
fecerit/ et i p̄ceptis meis ambula
uerit: hic nō morietur in iniq̄tate pa
D tris sui/ sed vita viuet. Pater eius q̄r
calūniatus est et vim fecerit fratri/
et malū operatus est i medio ppl̄i sui:
ecce mortuus est i iniq̄tate sua. Et
dicitis. Quare nō portabit filius
E iniq̄tatē pr̄is sui? Videlicet q̄r fi-
lius iudiciū et iusticiā operatus est:
oīa p̄cepta mea custodiuit et fecit
illa/ vita viuet. Ait dn̄s ops. Gr.
Ps. xvi Custodi me dn̄e vt pupillā oculi: sub vm-
Eodē. bra alarū tuarū p̄tege me. V. De vultu
tuo iudiciū meū p̄deat: oculi tui videant
equitatem. Secundū Johannem.

ca. viii
D



IN illo tē-
pore: Di-
cebat iesus ad eos
qui crediderunt
ei ex iudeis. Si
vos manseritis
in sermōe meo/
vere discipli mei
eritis: et cognoscetis veritatē/ et ve-
ritas liberabit vos. Rn̄derūt ei iu
dei. Semē abrahe sumus: et nemi-
ni seruiuimus vnq̄. Quomodo tu
dicis: q̄r liberi eritis? Respondit
eis iesus. Amē amē dico vobis:
q̄r oīs q̄ facit pctm̄/ seruus est pcti
Seruus aūt non manet in domo
in eternū: filius aūt manet ieternū.
Si ergo filius vos liberauerit: ve C.
re liberi eritis. Scio q̄r filij abra-
he estis: sed q̄ritis me interficere q̄r
sermo meus nō capit i vobis. Ego
q̄d vidi apd̄ p̄rem meū loquor: et
vos q̄ vidistis apud p̄rem vr̄m fa
citis. Rn̄derūt: et dixerūt ei. Pr̄ nr̄
abrahā est. Dixit eis iesus. Si fi-
lij abrahe estis: opa abrahe facite.
Nūc aūt q̄ritis me iterficere hoīem:
q̄ veritatē locutus sū vobis/ quā au
diui a deo. Hoc abrahā non fecit:
vos facitis opa pr̄is vr̄i. Dixerūt
itaq̄ ei. Nos ex fornicatiōe nō su
mus nati: vnū p̄rem habemus deū
Dixit ergo eis iesus. Si deus pr̄ vr̄
esset: diligeretis vtiq̄ me. Ego ei
a deo processi: et veni. Neq̄ em̄ a
meipō veni: sʒ ille me misit. Qua-
re loq̄lā meā nō cognoscitis? Q̄r
nō potestis audire sermonē meū
Vos ex p̄re diabolo estis: et deside F.
ria pr̄is vr̄i vultis facere. Ille ho-
micida erat ab iitio/ et i veritate nō
stetit: q̄r nō est veritas i eo. Cū lo
quitur mēdaciū/ ex proprijs loquitur:
q̄r mēdax est/ et pater eius. Ego aūt
si veritatē dico: non creditis mi-
chi. Quis ex vobis arguet me de
pctō? Si veritatē dico vobis: qua-
re vos nō creditis michi? Qui ex
deo est: v̄ba dei audit. Offr̄. Im- Psal.
mittit angelus dn̄i in circuitu timētiū eū xxxiii.
et eripiet eos: gustate et videte qm̄ suauis
est dn̄s. V. Benedicā dn̄m i oī tēpore sem Ibidē.
per laus eius in ore meo. Secr.
SAcrificia dn̄e q̄s p̄pensius
ista nos saluēt: q̄ medicinalibus
sunt istituta ieiunijs. P. d. Pref.
Qui corpali ie. Cō. Panis quē ego io. vi. c

vedero: caro mea est p sclī vita. Postc.

T Uorū nos dñe largitate reple donorū/ et tpalib⁹ attolle psidijs: et renoua sempiternis. p. d. Sup populū. Humiliate capita vestra deo. Oro.

D A qs dñe ppłis xpianis et q̄ psitent agnoscere: et celeste munus diligere qđ frequētāt. Per.

¶ Fer. vj. quattuor tpꝫ xl. Offi. ps. xxiiii



De necessitatib⁹ meis eripe me dñe/ vide hūilitatē meā et laborē meum: et dimitte oīa pctā mea. ps. Ad te dñe leuaui aīaꝫ meam: Eodē. de⁹ me⁹ in te cōfido non erubescā. Oremus. Flectam⁹ genua Leuate.

E Sto dñe ppici⁹ plebi Or. tue/ et quā tibi facis esse deuotā: benigno refoue miseratus auxilio. p. Lctō ezechiel pphete.

c. xviii. H Ec dicit dñs de⁹: Aīa q̄ pec E cauerit: ipa morieī. Fili⁹ nō portabit iīqtatē pr̄is: et pater nō portabit iīquitatē filij. Justicia iusti sup eū erit: et ipietas ipij erit sup eū. Si aūt ipi⁹ egerit penitētiā ab oīb⁹ pctīs suis q̄ opatus est/ et custodierit oīa precepta mea/ et fecerit iudiciuꝫ et iusticiā: vita viuet/ et nō morieī. Oīꝫ iniquitatū ei⁹ quas opat⁹ est: nō recordabor. In iusticia sua quam operat⁹ est: viuet. Nūquid voluntatis mee est mors ipij/ dicit dñs de⁹: et nō vt ꝯuertat a vijs suis/ et viuat. Si aūt auerterit se iust⁹ a iusticia sua: et fecerit iīqtatē secundū oēs abominatiōes quas operari solet ipi⁹: nūquid viuet. Oēs iusticie ei⁹ quas fecerat: nō F. recordabūī. In pūaricatiōe sua qua pūaricat⁹ est: et i pctō suo qđ peccauit in ipsis morieī. Et dixistis. Nō est equa via dñi. Audite ergo dom⁹ isrł. Nūquid via mea nō est equa: et nō magis vie vr̄e praue sunt. Cū ei auerterit se iustus a iusticia sua et fecerit iniquitates: morietur i eis. In iīusticia sua quā opat⁹ est: morieī. Et cū auerterit se ipius ab ipietate sua quā opat⁹ est/ et fecerit iudiciū et iusticiā: ipe aīam suā viuificabit Cōsiderās ei et auertēs se ab oībus iīqtatib⁹ suis quas opatus G est: vita viuet et nō morieī. Dicit dñs: oēs. Gr. Saluū fac seruū tuuꝫ Psal. de⁹ me⁹ sperantē in te. V. Auribus pcipe lxxxv.

D dñe orationē meam. Tract⁹. Eodē. Omine nō scđm pctā nr̄a q̄ fecimus nos. neqꝫ secūdū iniqtates nr̄as retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iīqtatū nr̄arū antiquarū: cito anticipēt nos mie tue/ qꝛ pauperes facti sumus nimis. ps. cii. Psal. lxxviii

Hic non fiat genuflectio cū dr̄ V.

Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄/ et ppē gl̄iaꝫ Eodē. nois tui dñe libera nos et ppici⁹ esto peccatis nr̄is ppē nomē tuū. S. iohannē



I n illo tpe ca. v. a Erat dies fest⁹ iudeorū et ascēdit iesus hierosolymā. Est aūt hierosolymis pbatica piscina: q̄ cognomiabatur hebraice bethsaida: quinqꝫ porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentiū: cecorum/ claudorū/ aridoruꝫ/ expectātiū aq̄ motū. Angelus aūt dñi secundū tēpus descēdebat in

piscinam: et mouebatur aqua. Et quicunq prior descendisset in piscinã post motionẽ aque: sanus fiebat a quacũq detinebat infirmitate. Erat aũt qdã hõ ibi: triginta et octo ãnos habẽs i īfirmitate sua. Hũc ergo cũ vidisset iesus iacentẽ/ et cognouisset q multũ iã tps haberet: dicit ei. Uis sanus fieri? Rñdit ei lãguidus. Dñe: hoiez
B. nõ habeo vt cum turbata fuerit aqua: mittat me ĩ piscinã. Dũ venio eni ego: alius ãte me descẽdit. Dicit ei iesus. Surge / tolle grabatuz tuũ: et ambula. Et statim sanus est hõ ille: et sustulit grabatum suũ et ambulabat. Erat aũt sabbatũ: ĩ die illo. Dicebãt ergo iudei illi: q sanatus fuerat. Sabbatũ est: nõ licet tibi tollere grabatũ tuũ. Rñdit eis. Qui me sanum fecit: ille michi dixit. Tolle grabatũ tuũ: et ambula. Interrogauerũt ergo eũ. Quis est ille homo q dixit tibi: tolle grabatũ tuũ et ambula? Is aũt q sanus fuerat effectus: nesciebat qs esset. Iesus aũt declinauit a turba: cõstituta ĩ loco. Postea ĩuenit eũ iesus
C. in tẽplo: et dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare/ ne deterius tibi aliqd ɔtigat. Abijt ille hõ et nũciauit iudeis: q iesus eẽt:
ps.cii. q fecit eũ sanũ. Offer. Bñdic aĩa mea dño/ et noli obliuisci oẽs retributiões eius: et renouabit sicut aqle iuuentus tua. V.
Ibidẽ. Qui ppiciat oĩbus iniqtatibus tuis: et redimit de interitu vitã tuã qui coronat te in miseratione et misericordia. Secreta.

SUscipe dñe qs mũera nris oblata seruitijs: et tua propicius dona scifica. p. Prefatio

Qui corpali. Cõ. Erubescãt et cõturbent oẽs inimici mei: auertãtur retrorsũ et erubescãt valde velociter. Postcõio ps.vi.

PEr huius dñe opatiõez mysterij/ et vicia nra purgentur: et iusta desideria ɔpleant. p d. Sup ppłm. Hũiliate capita. or.

EXaudi nos misericors deus: et mentibus nostris gratie tue lumen ostẽde. p. d. ¶ Sabbato.iiij. tẽpor quadragesime. Of.



INtret orõ mea ĩ cõspectu tuo: ĩclina aurem tuã ad pcem meã dñe. Psal. lxxxvii
ps. Dñe deus salutis mee: in die clamaui et nocte corã te. Oẽs orones sine Dñs vo. dñr: preter vltimam q est ãte epłam. Et ad oẽs orones dr. Oremus. similit ad oẽs orones dr Flectamus gen. pterq ad vltimã que est ante epłam. et oẽs lc. cũ suis titulis legant. or. Eodẽ.

POpulũ tuũ qs dñe ppicius respice: atq ab eo flagella tue iracũdie clement auerte. p d.

IN diebus illis. Locutus est moyses ad dñm: dicens. Respice dñe de sanctuario tuo et de excelso celorũ habitaclo: et bñdic pplo tuo israel/ et terre: quã dedisti nobis sicut iurasti prib9 nris dare terrã lacte et melle manãtẽ. Audi israel. Hodie dñs deus tuus pcepit tibi vt facias mãdata eius atq iudicia: et custodias / et ĩpleas ex toto corde tuo et ex tota anima tua. Dñm elegisti hodie vt sit tibi deus: et ambules ĩ vijs eius vt custodias cerimonias illius et mãdata eius atq iudicia / et obedias eius imperio. En dñs elegit te hodie/

Lectio libri deuteronomij c.xxvi. D

vt sis ei pp̄ls peculiaris sicut lo-
cut⁹ ē tibi: ⁊ custodias oīa p̄cepta
ei⁹/ ⁊ faciat te excelsiorē cūctis gē
tib⁹ quas creauit i laudē ⁊ nomē
et glām suā/ vt sis popul⁹ sc̄tus
dn̄i dei tui: sicut locutus est tibi.
Psal. lxxviii. Gr. Propici⁹ esto dn̄e pctis nr̄is: nequā
do dicant gētes vbi est deus eorū. ℣. Ad-
iuua nos deus salutaris noster/ et p̄pter
honorē nōis tui dn̄e libera nos. Nō re-
petat grad. Oremus. Flectam⁹
genua Leuate. Oratio.

DEus q̄ nos p tp̄alia ducis
ad et̄na: p̄tēde miam tuā ad cele
stia p̄missa nitētib⁹: ⁊ q̄r tuū est
qd in te credim⁹: tuū sit oē qd vi-
uim⁹. p. d̄. Lectō libri deuterono.

ca.xi. C. IN dieb⁹ illis: Dixit moy-
ses filijs israel. Si custodie
ritis mandata q̄ ego p̄cipio vo
bis/ ⁊ feceritis ea vt diligatꝫ dn̄z
deū vestrū: ⁊ ambuletis i oībus
vijs ei⁹ adherētes ei/ disp̄det dn̄s
oēs gētes istas ante faciē vestrā/
et possidebitis eas q̄ maiores et
fortiores vobis sunt. Ois locus
quē calcauerit pes vester: vester
erit. A deserto/ ⁊ libano/ ⁊ flumi-
ne magno eufrate: vsq̧ ad mare
occidētale erunt termini vestri/
nullus stabit ꝯtra vos. Terrorē
vestrū ⁊ formidinē dabit dn̄s de⁹
vester sup oēm terrā quā calca-
turi estis: sicut locut⁹ est vobis:
Psal. lxxxiii. dn̄s deus vester. Gr. Protector no-
ster aspice de⁹: et respice sup seruos tuos
Eodē. ℣. Dn̄e deus virtutū: exaudi p̄ces ser-
uorum tuorū. Oremus. Flectam⁹
genua Leuate. Oratio.

PRotector noster aspice de⁹
vt q̄ malorꝫ nr̄orū pondere p̄mi-
mur: p̄cepta mīa libera tibi men
te famulemur. p d̄. Lectō libri ma

IN diebus illis: (chabeorꝫ ij. ca.j.
Orōnē faciebant sacerdo- E
tes: dū offerrēt sacrificiū p pp̄lo
israel/ ionata ichoāte/ ceteris au
tem rn̄dētib⁹ ⁊ dicētib⁹. Benefa
ciat vobis de⁹: ⁊ meminerit testa
menti sui/ qd ad abrahā/ ysaac ⁊
iacob locut⁹ est seruorū suorū fi-
deliū. Et det vobis cor oīb⁹/ vt co
latis eū: et faciatis ei⁹ volūtatē
corde magno ⁊ aīo volēti. Ada-
periat dn̄s cor vestrū i lege sua:
et in p̄ceptis suis/ et faciat pacē.
Exaudiat dn̄s orōnes vr̄as: ⁊ re
cōcilietꝰ vobis/ nec vos deserat in
tēpore malo: dn̄s de⁹ vester. Gr.
Cōuertere dn̄e aliquātulū: et dep̄care su- Psal.
per seruos tuos. ℣. Dn̄e refugiū fact⁹ es lxxxix.
nobis: a gn̄atione ⁊ p̄genie. Oremus. Ibidē.
Flectamus genua Leuate. Or.

ADesto q̄s dn̄e supplicatio
nib⁹ nr̄is: vt esse te largiē
te mereamur: ⁊ iter p̄spa humi-
les/ et inter aduersa securi. Per
dn̄m. Lectio libri sapiētie

MIserere nr̄i de⁹ oīū ⁊ respi- Eccli.
ce nos: ⁊ ostende nobis lucē mise xxxvi.
rationū tuarū. Et immitte timorē A
tuū sup gētes q̄ nō exq̄sierūt te: vt
cognoscāt q̄r nō est de⁹ nisi tu/ vt
enarrent magnalia tua. Alleua
manū tuā sup gētes alienas: vt
videāt potētiā tuā. Sicut eni in
cōspectu eorū sc̄tificat⁹ es in no-
bis: sic i cōspectu nr̄o magnifica-
beris i illis/ vt cognoscāt te sicut
et nos cognouim⁹/ q̄r nō est de⁹
p̄ter te dn̄e. Innoua signa: ⁊ im-
muta mirabilia. Glīfica manū:
et brachiū dextrū. Excita furorē:
et effūde irā. Extolle aduersariū:

et afflige inimicū. Festina tēpus
et memēto finis: vt enarrent mi-
cātica rabilia tua: dn̄e de⁹ nr̄. Gr. Sal-
Te d. uum fac populū tuū dn̄e: et bn̄dic heredi-
Psal. tati tue. ℣. Ad te dn̄e clamabo de⁹ meus
lxxvij. ne sileas a me: ⁊ ero similis descendētib⁹
in lacum. Oremus. Flectam⁹ ge-
nua. Leuate. Oratio.
Actiōes nr̄as q̄s dn̄e aspi-
rando p̄ueni/ ⁊ adiuuando p̄seq̄-
re: vt cūcta nr̄a operatio a te sem
per incipiat: ⁊ per te cepta finia-
tur. P̄ d. Lectio danielis p̄phete.
Dan. Angel⁹ dn̄i descēdit cū aza
iii. ca. ria ⁊ socijs ei⁹ in fornacē:
E et excussit flām̄ā ignis de forna-
ce/ ⁊ fecit medium fornacis quasi
ventū roris flantē. Flāma autē
diffusa est sup fornacē cubitz qua
dragitanouē: ⁊ incēdit quos rep
perit iuxta fornacē de caldeis mi
nistros regis q̄ eā incēdebāt. Il-
los aūt oīno nō tetigit ignis ne-
q; cōtristauit: neq; quicq̄ mole-
stie intulit. Tunc hi tres quasi ex
vno ore laudabāt ⁊ glorificabant:
et bn̄dicebāt deū in fornace/ dicē-
tes. Bn̄dict⁹ es dn̄e de⁹ patrū no
strorū: ⁊ laudabilis ⁊ gl'iosus/ ⁊
superaltat⁹ i secula. Et bn̄dictuz
nomen glorie tue qd̄ est sctm̄: ⁊ lau-
dabile ⁊ superaltatū i oīb⁹ secu-
lis. Bn̄dictus es i tēplo sctō glorie
tue: ⁊ suplaudabilis ⁊ supglorios⁹
in secula. Bn̄dict⁹ es i throno re
gni tui: ⁊ suplaudabilis ⁊ super-
altatus in secula. Bn̄dict⁹ es su-
per sceptrū regni diuinitatz tue:
et suplaudabilis ⁊ superaltatus
in secula. Bn̄dictus es q̄ ītueris
abyssos ⁊ sedes sup cherubi: ⁊ su
perlaudabilis ⁊ superaltatus in

secula. Bn̄dictus es qui ambu-
las sup pennas vētorū ⁊ sup vn-
das maris: ⁊ suplaudabilis ⁊ su
perexaltat⁹ i secula. Duo clerici
de secunda forma in suppellicijs
ad graduz chori dicāt seq̄ntē tr.
Benedictus es in firmamēto celi: Dan.
et laudabilis ⁊ gloriosus in secu iii. ca.
la. Chorus idē. Clerici. ℣. Benedi- E.
cite oia opera dn̄i dn̄o: bn̄dicite celi dn̄o/ ⁊ oia i
benedicite angeli dn̄i dn̄o. Chor⁹ post fra.
vnūquēq; versū. R. Hymnū dicite ⁊
superexaltate eum i secula. Clerici ℣.
Benedicite aque que super celos sunt do-
mino: benedicite oēs virtutes dn̄i dn̄o/ bn̄
dicite sol ⁊ luna dn̄o. Chorus Hymnū.
Clerici. ℣. Bn̄dicite stelle celi dn̄o: bn̄di
cite ymber ⁊ ros dn̄o/ benedicite oīs spūs
dei dn̄o. Chor⁹. Hymnuz. Clerici. ℣.
Bn̄dicite ignis ⁊ est⁹ dn̄o: bn̄dicite noctes
et dies dn̄o/ bn̄dicite tenebre ⁊ lumē dn̄o.
Chor⁹. Hymnū. Clerici ℣. Bn̄dicite
frigus ⁊ cauma dn̄o: bn̄dicite pruina ⁊ ni
ues dn̄o/ bn̄dicite fulgura et nubes dn̄o.
Chor⁹. Hymnuz. Clerici. ℣. Bn̄dicat
terra dn̄o: bn̄dicite montes et colles dn̄o/
bn̄dicite oia nascētia tre dn̄o. Chorus.
Hymnuz. Clerici ℣. Bn̄dicite maria et
flumia dn̄o: bened. fontes dn̄o/ bn̄d. cete/
et oia q̄ mouēt i aq̄s dn̄o. Chor⁹. Hym-
nū. Clerici ℣. Benedicite volucres celi
dn̄o: benedicite bestie et vniuersa pecora
dn̄o/ benedicite filij hoīz dn̄o. Chorus.
Hymnū. Clerici ℣ Bn̄dicat israel dn̄o:
benedicite sacerdotes dn̄i dn̄o/ bn̄dicite
serui dn̄i dn̄o. Chor⁹. Hymnū. Clerici
℣ Bn̄dicite spūs ⁊ aie iustorū dn̄o: bn̄dici
te scti ⁊ hūiles corde dn̄o. Chor⁹ Hym-
num. Clerici ℣. Benedicite anania aza
ria misael dn̄o. Chorus. Hymnū. Po
stea clerici reīcipiāt tractū Benedi
ctus es i firmamēto celi. et p̄cantet a

choro. Sequitur. Dñs vobiscũ. et Orem⁹. Hic non dicatur Flectamus genua Leuate. Oratio.

DEus q̄ trib⁹ pueris mitigasti flāmas igniũ: cõcede ꝓpici⁹: vt nos famlos tuos nõ exurat flamma vicioꝝ. p. d. Hic dicant meõrie ꝯsuete. Ad thessalonicẽses.

j.ca.b. FRatres: Rogamus vos/ corripite inq̄etos: ꝯsolamini pusillanimes/ suscipite infirmos / patiẽtes estote

C ad oẽs. Uidete ne q̄s malũ ꝓ malo alicui reddat: sꝫ semꝑ qđ bonũ

D est sectamini ĩ iuicẽ/ ⁊ ĩ oẽs Semper gaudete: sine ĩtermissiõe orate/ ĩ oĩb⁹ grãs agite. Hec est enim volũtas dei in xp̄o iesu: ĩ oĩb⁹ vobis Spm̃ nolite extinguere: ꝓphetias nolite spnere. Oĩa aũt ꝓbate: qđ bonũ est tenete/ ab oĩ specie mala abstinete vos. Ipe aũt de⁹ pacis scĩficet vos ꝑ oĩa: vt integer spũs vester ⁊ aĩa ⁊ corp⁹ sine q̄rela: ĩ aduẽtu dñi nr̃i iesu xp̄i serne͡t. Duo clerici de scđa forma in cappis suis nigris ad grad. chori simul cãtẽt totũ ⁊ ĩtegrũ istũ tr.

Psal. crvi. LAudate dñm oẽs gentes: et collaudate eũ oẽs ppl̃i. V. Qm̃ ꝯfir

Ibidẽ. mata est sup nos mia eius: ⁊ veritas dñi manet ineternũ. Scđm matheum.

ca.xvii A. 

IN illo tẽpore: Assumpsit ies⁹ petrũ ⁊ iacobũ ⁊ iohãnẽ fratrẽ eius: ⁊ duxit illos ĩ mõtẽ excelsum seorsũ/ et trãsfiguratus est ante eos. Et resplẽduit facies eius sicut sol: vestimẽta aũt ei⁹ facta sũt alba sicut nix. Et ecce apparuerũt illis moyses ⁊ helyas: cũ eo loquẽtes. Respõdẽs autẽ petr⁹: dixit ad iesũ. Dñe/ bonuꝫ est nos hic esse. Si vis/ faciamus hic tria tabernacula: tibi vnũ/ moysi vnũ/ ⁊ helye vnum. Adhuc eo loquẽte: ecce nubes lucida obũbrauit eos. Et ecce vox de nube: dicẽs. Hic est fili⁹ me⁹ dilect⁹: ĩ quo michi bene cõplacui/ ipm̃ audite. Et audiẽtes discipuli: ceciderũt ĩ faciẽ suã/ ⁊ timuerũt valde. Et accessit iesus et tetigit

eos: dixitq3 eis. Surgite/ et nolite timere. Leuantes aũt oculos suos: neminẽ viderũt nisi solũ iesum. Et descendẽtib⁹ illis de mõte: ꝓcepit ies⁹ dicẽs. Nemini dixeritis visioneꝫ: donec filius hoĩs a B.

mortuis resurgat. Offr. Dñe de⁹ Psal. lxxxvii

salutis mee ĩ die clamaui ⁊ nocte corã te: ĩtret oratio mea ĩ ꝯspectu tuo dñe. V. In Eodẽ.

clina aurẽ tuã ad ꝓcẽ meã dñe. longe fecisti notos meos a me/ clamaui ad te dñe/ tota die expãdi man⁹ meas ad te. Secr.

PResentibus sacrificiis q̄s dñe ieiunia nr̃a sãctifica: vt qđ obseruãtia nr̃a profite͡t extrinsecus: ĩtrinsecus opere͡t. p d. Prefa. Qui corporali. Cõ. Dñe de⁹ me⁹ ĩ te speraui: libera me ab oĩb⁹ ꝑseq̄ntibus me et eripe me. Postcõ. p.xvii.

QUos diuino dñe reficis mysterio/ ꝑpetuo defende presidio: ⁊ quos ĩbuisti celestib⁹ ĩstitutis: salutarib⁹ comitare solatiis. p. Si eps defuerit: dica͡t sup ppl̃m hec or. Hũiliate capita vr̃a deo. Or.

FIdeles tuos dñe benedictio desiderata cõfirmet:

que eos ꝫ a tua volũtate nũq̃ faciat discrepare: ꝫ tuis semp̄ īdulgeat bñficijs gratulari. p d. Tamen si eṗs p̄sens fuerit et ordines fecerit: nõ dicet. ¶ Dñica secũda quadragesime. Ad missã. Offm.

Psal. xxiiii.



Eminiscere miserationũ tuarꝫ domine: ꝫ mie tue q̃ a seculo sũt: ne vnq̃ dñent nobis inimici nostri / libera nos deus israel ex oib⁹ angustijs nr̄is. ps. Ad te dñe leuaui aiam meã: de⁹ me⁹ i te ꝯfido nõ erubescã. Or.

Codẽ.

Deus q̃ ꝯspicis oĩ nos v̄tute destitui: iteri⁹ / exteriusq̃ custodi: vt ab oib⁹ aduersitatibus muniamur ĩ corpore: ꝫ a prauis cogitationib⁹ mũdemur in mente. p d. Ad thessalonicenses.

j. ca. v. A.

Fratres: Rogam⁹ vos et obsecram⁹ in dño iesu: vt quẽadmoduꝫ accepistis a nobis quomodo vos oporteat ambulare ꝫ placere deo: sic ꝫ ambuletis vt abũdetis magis. Scitis eni q̃ p̄cepta dederim vobis: p dñm iesum. Hec est eni volũtas dei sctificatio vr̄a: vt abstineatꝫ vos a fornicatiõe / vt sciat vnusq̃sq; vestrũ suũ vas possidere ĩ sctificatiõe et honore. Nõ ĩ passiõe desiderij: sicut ꝫ gẽtes q̃ ignorãt deũ. Et ne q̃s supgrediat / neq; circũueniat in negocio fratrẽ suũ: qm̄ vindex est dñs de his oib⁹ sicut p̄dixim⁹ vobis / ꝫ testificati sum⁹. Nõ eni vocauit nos de⁹ ĩ imũdiciã: sed ĩ sctificationẽ. In xp̄o iesu: dño nostro. Gr. Tribulatiões cordis mei dilatate sunt: de necessitatibus meis eripe

B.

Psal. xxiiii.

me dñe. V. Vide humilitatẽ meã et laborem meũ: et dimitte oĩa pctã mea. Tr. Codẽ.

Dixit dñs mulieri chananee. non est bonũ sumere panem filiorꝫ: ꝫ mittere canib⁹ ad mãducãdũ. V. At illa dixit. etiã dñe: nã ꝫ catelli edũt de micis q̃ cadunt de mẽsa dñorũ suorꝫ. V. Ait illi iesus. o mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. Secundũ matheum

Mat. xv. C. ꝫ oĩa ĩfra.



In illo tp̄e Egress⁹ iesus secessit in partes tyri et sydonis: ꝫ ecce mulier chananea a finib⁹ illis egressa / clamauit dicẽs ei Miserere mei dñe fili dauid: filia mea male a demonio vexat. Qui nõ respõdit ei verbũ. Et accedentes discipuli ei⁹: rogabãt eũ dicẽtes. Dimitte eã: q̃r clamat post nos. Ipe aũt respõdẽs: ait. Non sum missus: nisi ad oues q̃ pierũt dom⁹ israel. At illa venit: ꝫ adorauit eũ dicẽs. Dñe / adiuua me. Qui rñdẽs: ait. Nõ est bonũ sumere panẽ filiorũ: ꝫ mittere canibus. At illa dixit. Etiã dñe Nã ꝫ catelli edunt de micis: q̃ cadũt de mẽsa dñorũ suorũ. Tũc rñdẽs iesus: ait illi. O mulier / magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata ẽ filia ei⁹: ex illa hora. Offr. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: ꝫ leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

c. xv. C

Psal. cxviii.

Ecclesie tue dñe mũera placat⁹ assume: q̃ ꝫ misericors offerẽda tribuisti: ꝫ ĩ nr̄e salutis potẽter efficis trãsire mysteriũ. Per.

psal. v Prefa. quoti. Cō. Intellige clamorē meū: itende voci orōnis mee/ rex meus & de⁹ me⁹ qm̄ ad te orabo dn̄e. Postcōio

Corporis & sāguinis sacro sācti dn̄e q̄s grā nos sumpta viuificet: & qd̄ mysticis actionibus pollicetur: eternis effectibus largiatur. Per dn̄m. ¶ Feria. ij. post Reminiscere. Officiū

p. xxv. Redime me dn̄e & miserere mei: pes eni meus stetit in via recta/ in ecclesijs bn̄dicā dn̄m. ps

Ibidē. Iudica me dn̄e qm̄ ego i inocētia mea ingressus sum: et i dn̄o sperās nō infirmabor. Flectam⁹ gen̄. Leuate. Or.

Presta q̄s ops de⁹: vt familia tua q̄ se affligendo carnem ab alimētis abstinet: sectando iusticiā a culpa ieiunet. p. d.

c. ix. D Lectio danielis prophete.

In dieb⁹ illis: Orauit daniel ad dn̄m: dicēs. Dn̄e de⁹ noster/ qui eduxisti ppl̄m tuum de terra egypti i manu forti: et fecisti tibi nomē scd̄m diē hanc/ peccauim⁹/ iniq̄tatē fecim⁹ dn̄e in oēm iusticiā tuā. Auertat obsecro ira tua et furor tu⁹ a ciuitate tua hierusalē: & a mōte sctō tuo. Propt̄ peccata eni n̄ra/ & iniq̄tates patrū n̄rorū: hier'l'm ppl's tu⁹ in opprobriū sunt/ oīb⁹ p circuitū nostrū. Nunc ergo exaudi de⁹ n̄r orōnē serui tui & p̄ces ei⁹: & ostēde faciē tuā sup sanctuariū tuū/ qd̄ desertum est.
E. Propter temetip̄m iclina de⁹ me⁹ aurē tuā & audi: aperi oculos tuos & vide desolationē n̄ram/ & ciuitatē sup quā inuocatū est nomē tuū. Neq3 eni i iustificationib⁹ n̄ris p̄sternim⁹ p̄ces ante faciē tuā: sed in miserationibus tuis mltis. Exaudi dn̄e/ placare dn̄e: attēde & fac. Ne moreris ppter temetip̄m de⁹ me⁹: q2 nomen tuū inuocatū est sup ciuitatem/ & sup populū tuū: dn̄e deus noster. Gr. Adiutor me⁹ et liberator p. lxix.
meus esto dn̄e: ne tardaueris. V. Cōfundant & reuereant inimici mei: qui querūt animam meam. Eodē.
Tractus. Dn̄e non secūdū. q̄re supra feria. vj. quattuor temporū. Secundū Johannem.



In illo tēpore: Dixit iesus turbis iudeorum. c. viii. C.
Ego vado et queretis me: & in peccato vestro moriemini Quo ego vado: vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nunquid interficiet semetipsum: quia dicit/ quo ego vado/ vos non potestis venire. Et dicebat eis Uos de deorsum estis: ego de superius sum Uos de mundo hoc estis: ego nō sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in pctīs vestris. Si enim nō credideritis q2 ego sum: moriemini in pctō v̄ro. Dicebāt ergo ei Tu q̄s es? Dixit eis iesus. Principiū/ q̄ et loquor vobis. Multa habeo de vobis lo D
qui & iudicare: sed q̄ misit me/ verax est Et ego q̄ audiui ab eo: hec loquor i mūdo. Et nō cognouerunt: q2 patrē ei⁹ dicebat deū. Dixit ergo eis iesus. Cū exaltaueritis filiū hoīs: tunc cognoscetis quia ego sum. Et a meipso facio nichil: sed sicut docuit me pater/

hec loquor. Et q me misit: mecū
est/ & nō reliqt me solū. Qr ego q
ps.xv. placita sūt ei: facio sp. Offr. Bndi-
cam dn̄z q tribuit michi itellectū: puide-
bā deū i cōspectu meo semp/ qm̄ a dextris
Ibidē. est michi ne cōmouear. V. Conserua me
dn̄e qm̄ i te speraui: ego dixi deus me9 es
tu/ dn̄s pars hereditatis mee. Secreta.
Hec hostia dn̄e placationis
et laudis: tua nos ppicia-
tione dignos efficiat. p d. Pfa.
ps.viij Qui corpali ie. Cō. Dn̄e dn̄s nr̄ q̄ad
mirabile est nomē tuū in vniuersa terra.
Hec nos cōmunio Postcō.
dn̄e purget a crimie: & cele
stis remedij faciat esse consortes.
Per dn̄m. Super populū. Humi
liate capita vestra deo. Oratio.
Adesto supplicatiōib9 no-
stris ops de9: & qbus fidu
ciā sperāde pietatis indulges: cō
suete mie tribue benign9 effectū.
Per dn̄z. Feria tertia post Re-
miniscere. Ad missam. Officium
p.xxvi. Tibi dixit cor meū / qsi-
ui vultū tuū: vultum
tuū dn̄e reqrā: ne auer
tas faciē tuā a me. ps.
Eodē. Dn̄s illuiatio mea: & salus mea quē time
bo. Ore9. Flectam9 gen̄. Le. oro
Perfice qs dn̄e benign9 in
nobis obseruātie sctē sub-
sidiū: vt q te auctore facienda co-
gnouim9: te operāte cōpleam9.
Per d. Lectio libri regum
iii.ca. IN dieb9 ill: Fact9 est sermo
xvii.B dn̄i/ ad helyā thesbitē dicēs. Sur
ge/ & vade i sareptā sydonio2ū: &
manebis ibi. Precepi eni ibi mu-
lieri vidue: vt pascat te Surrexit
helyas: & abijt i sareptā. Cūqz ve
nisset ad portā ciuitatz: appuit ei

mulier vidua/ colligēs ligna. Et
vocauit eā: dixitqz ei. Da michi
paululū aq̄ i vase: vt bibā. Cūqz
illa pgeret vt offerret: clamauit
post tergū ei9/ dicēs. Affer michi
obsecro & buccellā panis: i manu
tua. Que rn̄dit. Viuit dn̄s deus
tu9: qr nō habeo panē/ nisi quan
tum pugillus capere potest fari-
ne i hydria/ & paululū olei i lechi
to. En colligo duo ligna: vt igre
diar & faciam illud michi et filio
meo/ vt comedam9 & moriamur
Ad quam helyas ait. Noli time
re: sed vade/ & fac sicut dixisti. Ve
runtamē michi primū fac de ipa
farinula subcinericiū panē par-
uulū & affer ad me: tibi aūt & filio
tuo facies postea. Hec autez dixit
dn̄s de9 israel. Hydria farine nō C.
deficiet: nec lechit9 olei minuet/
vsqz i diē in qua dn̄s daturus est
pluuiā sup faciē tre. Que abijt/ &
fecit iuxta verbuz helye: & come-
dit ipse & illa/ & dom9 ei9 tota. Et
ex illa die hydria farine nō defe-
cit: & lechit9 olei nō ē iminut9 iux
ta verbū dn̄i/ qd locut9 fuerat in
manu helye. Gr. Iacta cogitatum p.liiii.
tuū in dn̄o: et ipse te enutriet. V. Dn̄i cla- Ibidē.
marem ad dn̄m exaudiuit vocem meam
ab his qui appropinquant michi. Euā-
gelium. Secundum Matheum.
In illo tē c.xxiii.
pore: Lo A.
cut9 est ies9 ad
turbas: & ad di
scipulos suos: di
cens. Sup ca-
thedrā moysi:
sederūt scribe et
pharisei. Oia

ergo q̄cūqꝫ dixerit vobis: seruate
et facite. Scđm vero opa eoꝝ: no
lite facere. Dicūt eni / ⁊ nō faciūt
Alligāt eni onera grauia ⁊ ipor=
tabilia/ ⁊ ipōnūt i humeros ho=
minū: digito aūt suo / nolunt ea
mouere. Oīa vero opera sua fa=
ciūt: vt videant̄ ab hoīb⁹. Dila=
tant eni philateria sua: ⁊ magni
ficāt fimbrias. Amāt ei primos
recubit⁹ i cenis: ⁊ primas cathe=
dras i synagogis/ ⁊ salutatiōes
i foro/ ⁊ vocari ab hoībus rabbi.
Vos autem nolite vocari rabbi.
Vn⁹ est eni magister vester: oēs
aūt vos fr̄es estis. Et patrē noli=
te vocare vobis: sup terrā. Vn⁹ ē
eni pat̄ vester: q̄ i celis ē. Nec vo=
cemini magistri: qꝛ magister ve=
ster vn⁹ est xp̄s. Qui maior est ve
strū: erit minister vester. Qui au
tem se exaltauerit: humiliabit̄.
Et q̄ se hūiliauerit: exaltabitur.
ps.l. Offer. Miserere michi dn̄e scđm magnā
Eodē. miam tuā: dele dn̄e iniq̄tatē meā. ℣. Quō
iniquitatē meā ego cognosco: ⁊ delictum
meū ɔtra me est semp. Secreta
SAnctificationē tuā nobis
ps.liiii. dn̄e his mysterijs placat⁹ opare:
Ibidē. q̄ nos ⁊ a terrenis purget vicijs:
et ad celestia dona pducat. p do.
ps.ix. Prefa. Qui corpali. Cō. Narrabo
oīa mirabilia tua: letabor ⁊ exultabo i te/
c.xxiii. psallā nomini tuo altissime. Postcōio.
A. SIt nobis dn̄e q̄s medicina
mētis ⁊ corporis qđ de san
cto altari tuo pcepim⁹: vt nullis
aduersitatib⁹ fatigemur: q̄ tan=
ti remedij participatione muni=
mur. p d. Sup populū. Humilia
te capita vestra deo. Orō.
PRopiciare dn̄e supplica=

tionib⁹ nr̄is: ⁊ aīaꝝ nr̄aꝝ mede=
re lāguorib⁹: vt remissione pce=
pta: i tua semp benedictione lete=
mur. p do. ¶Feria.iiij. post Re=
miniscere. Ad missam. Officium
NE derelinquas me dn̄e Psal.
deus me⁹: ne discedas xxxvii.
a me/ intēde in adiuto
riū meū dn̄e virt⁹ salu
tis mee. Ps. Dn̄e ne i furore tuo argu= Ibidē.
as me: neq̄ i ira tua corripias me. Ore=
mus. Flectam⁹ genu. Leuate. Or.
POpulū tuum q̄s dn̄e ppi=
ci⁹ respice: ⁊ quos ab escis
carnalib⁹ pcipis abstinere: a no=
xijs quoq̄ vicijs cessare concede.
Per dn̄m. Ep̄la. Lectō libri hester.
IN dieb⁹ ill: Orauit hester ca.xiii.
ad dn̄m dicēs. Dn̄e de⁹ rex C.
oīps/ in ditione tua cūcta sunt po
sita: et non est qui tue possit resi=
stere volūtati. Si decreueris sal=
uare nos: cōtinuo liberabimur.
Tu enim dn̄e fecisti celū ⁊ terrā:
et quicqđ celi ambitu cōtinetur.
Dn̄s omniū tu es: nec est qui resi
stat maiestati tue Et nūc dn̄e rex
regū/ deus abrahā/ miserere po=
pulo tuo: quia volūt nos inimici
nostri pdere ⁊ hereditatē tuā de=
lere. Ne despicias partē tuā quā
redemisti de egypto: sꝫ exaudi de
precationē nostrā/ ⁊ ppici⁹ esto
sorti ⁊ funiculo hereditatis tue/
et conuerte luctū nostrū in gau=
diū/ vt viuentes laudem⁹ nomē
tuum. Et ne claudas ora canen=
tiū te: dn̄e deus noster. Gr. Sal= Psal.
uum fac populum tuum dn̄e: et benedic xxvii.
hereditati tue. ℣. Ad te dn̄e clamabo: Eodē.
deus meus ne sileas a me / et ero similis
descendentibus in lacum. Tractus.

ps.xxiiii De necessitatibus meis eripe me
& oia i= dñe: vide hũilitatẽ meã & laborẽ
fra. meum/ et dimitte oia pctã mea. ℣. Ad te dñe leuaui aiam meã: de⁹ me⁹ i te cõfido nõ erubescã/ neqꝫ irrideãt me iimici mei. ℣. Eteni vniuersi q̃ te expectãt nõ ꝯfũdẽtur: cõfundantur omẽs facientes vana.



Scdm matheu

ca.xx. In illo tẽ
C. pore: Ascẽdẽs ies⁹ hierosolymaꝫ: assũpsit duodeci discipulos suos secreto/ & ait illis. Ecce ascẽdim⁹ hierosolymã: & fili⁹ hois tradet pñcipib⁹ sacerdotũ et scribis/ & ꝯdẽnabũt eũ morte/ et tradẽt eũ gẽtib⁹ ad illudẽdũ & flagellãdũ/ & crucifigendũ/ & tertia die resurget. Tunc accessit ad eũ mr̃ filioꝝ zebedei cũ filijs suis: adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeãt hi duo filij mei: vn⁹ ad dexterã/ & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondẽs aũt iesus: dixit. Nescitis quid petatis Potestis bibere calicẽ/ quẽ ego bibiturus sum? Dicũt ei. Possumus. Ait ill'. Calicẽ q̃dẽ meũ bibetis: sedere aũt ad dexterã meã vel sinistrã/ nõ est meũ dare vobis/ sed q̃b⁹ paratũ est a pr̃e meo
D Et audientes decẽ: idignati sũt de duob⁹ fratrib⁹. Jesus aũt vocauit eos ad se: & ait. Scitis quia pñcipes gentiũ dominãtur eoꝝ et qui maiores sunt: potestatem exercẽt in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicũqꝫ voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et q̃ voluerit iter vos pñm⁹ esse: erit vester seru⁹. Sicut fili⁹ hois non venit ministrari sꝫ ministrare: et dare aiam suã: in redemptionẽ pro multis. Offr. Ad Psal.
te dñe leuaui aiam meã: deus meus in te xxiiii.
cõfido non erubescã/ neqꝫ irrideãt me inimici mei/ eteni vniuersi qui te expectant
non cõfundẽtur. ℣. Dirige me i veritate Ibidẽ.
tua et doce me: quia tu es deus salutaris meus et te sustinui tota die. Secreta.

Hostias dñe quas tibi offerim⁹ ppicius respice: & per hec sacrosctã cõmercia: vincula pctõꝝ nr̃oꝝ absolue. p. d. Prefa.
Qui corporali ieiunio. Cõio. Justus dñs et iusticias dilexit: equitatẽ vi= ps.x.
dit vultus eius. Postcõio.

Prosit nobis dñe q̃s mysterij frequentata perceptio: vt a vetustatis conditione purgati: ad tue nouitatis incremẽta tendamus. Per. Sup populũ. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Deus inocẽtie restitutor et amator/ dirige ad te tuoꝝ corda seruoꝝ: vt spũs tui feruore cõcepto: & in fide iuẽniant stabiles/ & i ope efficaces. Per dñm. in vnitate eiusdeꝫ. ¶ Feria. v. post Reminiscere. Ad missam. Offm.



Deus in adiutoriũ me= Psal.
um itẽde: dñe ad adiu= lxix.
uandũ me festina. confundant et reuereant inimici mei q̃ querũt aiam meã.
ps. Auertantur et erubescant: qui volũt Eodẽ.
michi mala. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Presta nobis q̃sumus dñe auxiliũm gratie tue: vt ieiunijs et oronibus conueniẽter intẽti:

liberemur ab hostib⁹ mētis ⁊ cor
poris. p. d. Lectō hieremie pphē.
c. xvij. A. IN dieb⁹ illis: Locut⁹ ē hie
remias ppheta dicēs. Ma
Psal. xxiiii. ledict⁹ homo q̄ cōfidit in hoīe: et
ponit carnē brachiū suū / ⁊ a dño
recedit cor eius. Erit enim quasi
mirice ī deserto: ⁊ non videbit cū
Ibidē. venerit bonū / sed habitabit ī sic
citate in deserto / in terra salsugi
B. nis ⁊ ihabitabili. Bñdict⁹ vir q̄
cōfidit in dño: ⁊ erit dñs fiducia
eius. Et erit quasi lignū qđ trās
plantat̄ sup aquas: qđ ad humo
rem mittit radices suas / ⁊ nō ti
Ps. x. mebit cū venerit estus. Et erit fo
liū ei⁹ viride: ⁊ ī tēpore siccitatis
nō erit sollicitū / nec aliquādo de
sinet facere fructū. Prauū est cor
hoīs ⁊ īscrutabile: q̄s cognoscet
illud? Ego dñs scrutans corda ⁊
probās renes: q̄ do vnicuiq̄ iux
ta viā suā / ⁊ iuxta fructū adinuē
tionū suarū. Dicit dñs: ops. Gr.
Psal. lxxviii. Propicius esto dñe pctis nostris: nequan
do dicāt gentes vbi est deus eorū. V. Ad
Ibidē. iuua nos deus salutaris noster: et pp̄ter
honorē noīs tui dñe libera nos. Euan
gelium. Secundū Johannem.
ca. v. E IN il. t. di. ie. turbis iudeor.
Nō possum ego a meipso
facere quicq̄: sed sicut audio iudi
Psal. lxix. co. Et iudiciū meū iustū est / quia
nō q̄ro volūtatē meā: sed volūta
tē ei⁹ q̄ misit me. Si ego testimo
niū perhibeo de meipso: testimo
Eodē. niū meū non est verū. Alius est q̄
testimoniū p̄hibet de me: et scio
q̄ verū est testimoniū eius qđ p̄
hibet de me. Uos misistis ad io
hannē: ⁊ testimoniū p̄hibuit ve
F. ritati. Ego autē non ab hoīe te

stimoniū accipio: sed hec dico vt
vos salui sitis. Ille erat lucerna
ardens ⁊ lucens: vos autē volui
stis ad horā exultare in luce eius
Ego autē habeo testimoniū: ma
ius iohanne. Opera eni que de
dit michi pater vt perficiā ea: ip
sa opera q̄ ego facio testimoniū
perhibēt de me / q̄ pater me mi
sit. Et qui misit me pater: ipse te
stimoniū perhibuit de me. Neq̄
vocē eius vnq̄ audistis: neq̄ spe
ciem eius vidistis. Et verbū ei⁹
non habetis in vobis manēs: q̄
quē misit ille / huic vos non cre
ditis. Scrutamini scripturas /
quia vos putatis in ipsis vitam
eternā habere: ⁊ ille sunt que te
stimoniū p̄hibent de me. Et non
vultis venire ad me: vt vitā ha
beatis. Claritatē ab hoībus nō G.
accipio: sed cognoui vos quia di
lectionē dei nō habetis in vobis.
Ego veni ī noīe p̄ris mei: ⁊ nō ac
cepistis me. Si alius venerit in
noīe suo: illū accipietis. Quomō
vos potestis credere q̄ gl'iā ab ī
uicē accipitis: ⁊ gl'iā q̄ a solo deo ē
nō q̄ritis? Nolite ergo putare q̄
ego accusatur⁹ sum vos apđ pa
trē: est q̄ accusat vos moyses in
quo vos speratis. Si eni crederetis
moysi: crederetis forsitā ⁊ michi
De me eni ille scripsit. Si aūt il
lius litteris nō creditis: quomō
verbis meis credetis? Offr. Pre
cat⁹ est moyses ī ɔspectu dñi dei sui ⁊ dixit. Exodi xxxiii.
Precatus est moyses in ɔspectu dñi dei sui ⁊ C
dixit. quare dñe irasceris in populo tuo?
parce ire aīe tue: memēto abraham ysaac
et iacob: q̄bus iurasti dare terrā fluentem
lac et mel / et placatus factus est dñs de

malignitate quā dixit facere populo suo.
Eodē. ℣. Dixit dn̄s ad moysen. inuenisti gratiā in cōspectu meo et scio te pre oībus. et festinās moyses inclinauit se in terrā ⁊ adorauit dicēs. scio qz misericors es i milib⁹ auferēs iniquitatē et peccata. Secreta

Deus cui oīū sacrificiorū varietate finita hostiā nunc offerim⁹ singularē: adesto votis tua inspiratione cōceptis: vt in te sperantiū et desideria iubeas perfici: ⁊ peccata deleri. p. Prefa.
Johā. Qui corpali. Cō. Qui māducat meā
vj. F carnē ⁊ bibit meū sanguinē: i me manet ⁊ ego in eo dicit dn̄s. Postcōio.

Gratia tua nos dn̄e q̄s nō derelinquat: q̄ et sacre nos deditos faciat seruituti: ⁊ tuā nobis opem semp acq̄rat largitatis: et ab oībus tueatur aduersis. Per dn̄m. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Orō.

Adesto dn̄e famulis tuis: et perpetuā benignitatē largire poscētibus: vt hi qui te auctore ⁊ gubernatore gloriant: et cōgregata restaures/ ⁊ restaurata cōserues. Per dn̄z. ¶ Feria. vj. post Reminiscere. Ad missaz. Officiū

ps. xvi Ego aūt cū iusticia apparebo i cōspectu tuo: satiabor dū manifesta-
Eodē. bit gl̄ia tua. ps. Exaudi dn̄e iusticiā meā: itende deprecationē meā. Flectam⁹ genua Leuate. Orō.

Da q̄s omīps deus: vt sacro nos purificāte ieiunio: sinceris mētib⁹ ad scā ventura facias puenire. p d. Lectō libri gen.
ca. xxx- In dieb⁹ illis: Dixit ioseph
vij. B. fratrib⁹ suis. Audite somniū meū quod vidi. Putab ā nos ligare manipulos i agro: ⁊ quasi cōsurgere manipulū meū ⁊ stare / vestrosq; manipulos circunstantes/ adorare manipulū meū
Responderūt fratres ei⁹. Nunquid rex noster eris: aut subijciemur ditioni tue? Hec ergo causa somniorū atq; sermonū: inuidie et odij fomitē ministrauit Aliud quoq; vidit somniū: qd narrans fratribus ait. Vidi per somniū: quasi solē ⁊ lunā et stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo/ ⁊ fratribus retulisset: increpauit eum pater suus ⁊ dixit. Quid sibi vult hoc somniū/ qd vidisti? Nun ego ⁊ mater tua ⁊ fratres tui: adorabim⁹ te sup terrā? Inuidebāt igit ei fratres sui: pater vero rē tacit⁹ ꝯsiderabat. Cūq; fratres illi⁹ i pascēdis gregib⁹ patris morarent i sichē: dixit ad eū isrl. Fratres tui pascūt oues i sichimis: veni / mittā te ad eos. Quo respondēte presto sum: ait. Vade / ⁊ vide si cūcta psp̄era sint erga fratres tuos ⁊ pecora: ⁊ renūcia michi qd agat. Missus de valle ebron: venit in sichē. Inuenitq; eū vir errantē in agro: ⁊ interrogauit eum qd q̄reret. At ille respōdit: fratres meos quero. Indica michi: vbi pascūt greges
Dixitq; ei vir. Recesserūt de loco isto. Audiui autē eos dicētes: eamus i dothaim. Perrexit ergo ioseph post fratres suos: ⁊ inuenit eos i dothaim. Qui cū vidissent eū pcul/ anteq̄ accederet ad eos: cogitauerūt illū occidere/ et mutuo loq̄bāt. Ecce sōniator venit: venite occidam⁹ eū/ ⁊ mittamus

i cisternã veterẽ. dicemusq3/ fera pessima deuorauit eũ. Et tũc apparebit: qd illi psint somnia sua Audiens autẽ hec rubẽ: nitebat liberare eũ de manib9 eor: et dicebat. Nõ iterficiam9 aiaz ei9/ nec effũdam9 sãguinẽ: sed pijcite eũ in cisternam hãc q̃ est in solitudine/ manusq3 vras seruate inoxias. Hoc aũt dicebat: volẽs eũ eripere de manib9 eor: et reddere patri suo.

Psal. cxix. Gr. Ad dñm cũ tribularer clamaui: et exaudiuit me. V. Dñe libera aiaz meã a labiis iniqs: et a ligua dolosa. Tr.

Codẽ. Dñe nõ scdm pctã nra. q̃re supra feria sexta quattuor tẽpor. Secũdum matheũ.



ca. xxi. D. In illo tẽpore: Dixit ies9 discipulis suis/ et turbis iudeorum. Hõ quidã erat paterfamilias q plantauit vineã: et sepẽ circũdedit ei Et fodit i ea torcular/ et edificauit turrim: et locauit eam agricolis et pegre pfect9 est. Cũ aũt tẽpus fructuũ appropiquasset: misit seruos suos ad agricolas/ vt acciperẽt fructus ei9. Et agricole/ apprehẽsis seruis ei9: aliũ ceciderũt/ aliũ occiderũt/ aliũ vero lapidauerũt. Iterũ misit alios seruos plures priorib9: et fecerũt illis similiter. Nouissime aũt misit ad eos filiũ suũ: dicẽs. Uerebunt forte filium meũ. Agricole aũt videtes filiũ: dixert itra se. Hic est heres: venite occidam9 eũ: et habebim9 hereditatẽ ei9. Et apphensum eũ eiecerũt extra vineã: et occiderunt. Cum ergo venerit dñs vinee: qd faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male pdet: et vineã suam locabit alijs agricolis q̃ reddãt ei fructũ tẽporib9 suis. Dicit illis iesus. Nũq̃ legistis i scripturis: lapidẽ quẽ reprobauerũt edificãtes hic fact9 est i caput anguli? A dño factũ est istud: et est mirabile in oculis nris. Ideo dico vobis: quia auferet a vobis regnũ dei. et dabit gẽti facienti fruct9 eius. Et q̃ ceciderit super lapidẽ istum: confringet. Sup quẽ vero ceciderit: cõteret eum. Et cũ audissent pricipes sacerdotũ et pharisei parabolas ei9: cognouerũt q de ipsis diceret. Et querentes eũ tenere: timuerũt turbas. Quoniã sicut pphetã: eum habebãt. Offr.

Dñe in auxiliũ meũ respice: cõfundant et reuereant q̃ querũt aiam meã/ vt auferãt eã. V. Auertant retrorsum et erubescãt: qui cogitant michi mala. Psal. xxxiii.

Secreta.

Hec in nobis sacrificia dñe deus: et actione pmaneãt et operatiõe firment. p. d. Prefa. Qui corporali ieiunio. Cõio. Tu dñe seruabis nos: et custodies nos a generatione hac in eternum. ps. xi.

Postcõio.

Hac nos dñe q̃s accepto pignore salutis eterne sic tẽdere cõgruenter: vt ad eã puenire possim9. p. d. Sup populũ Humiliate capita vestra deo. Oro.

Da q̃sum9 dñe populo tuo salutẽ mentis et corporis vt bonis operibus inherẽdo: tue semp virtutis mereat protectione defendi. p. d. ¶ Sabbato post Reminiscere. Ad missam. Offm.

Psal. Ex dñi irreprehēsibilis cō-
xviij. uertēs aīas: testimoniū
dñi fidele sapientiā pre-
Ibidē. stās puuł. ps. Celi enar-
rāt gl'iam dei: ⁊ opa manuū eiꝰ annūciat
firmamētū. Flectamꝰ genu. Le.ox.

Da q̄s dñe nr̄is effectū ieiu-
nijs salutarez: vt castiga-
tio carnis assūpta: ad nr̄az vege-
tationem transeat aīarum. Per
dñm. Lectio libri genesis.
c.xxvii In diebꝰ illꝰ: Dixit rebecca fi-
A. lio suo iacob. Audiui patrez tuū
loquētē cū esau fratre tuo: ⁊ dicē-
tem ei. Affer michi de venatione
tua ⁊ fac cibos: vt comedā et bn̄-
dicā tibi corā dn̄o / āteq̄ moriar.
B. Nūc ergo fili mi / acq̄esce cōsilijs
meis: ⁊ pgēs ad gregē / affer mi-
chi duos hedos optimos / vt fa-
ciā ex eis escas pr̄i tuo / q̄bꝰ libent
vescit. Quas cū intulerꝫ / ⁊ comede
rit: bn̄dicat tibi / priusq̄ moriat.
Cui ille rn̄dit. Nosti q̄ esau frat
meꝰ: hō pilosꝰ sit / ⁊ ego lenis Si
attractauerit me pat meꝰ: ⁊ sēse-
rit: timeo ne putet sibi me voluis-
se illudere: ⁊ īducat sup me male-
dictionē p bn̄dictiōe. Ad quē mr̄
In me sit (ait) ista maledictio fi-
li mi: tātū audi vocē meā: ⁊ pgēs
C. affer que dixi. Abijt / ⁊ attulit: de-
ditq̄ mr̄i. Parauit illa cibos: si-
cut nouerat velle patrē illiꝰ: ⁊ ve-
stibꝰ esau valde bonis quas apd
se hēbat domi / īduit eū. Pellicu-
lasq̄ hedoꝝ / circūdedit manibꝰ:
et colli nuda ptexit. Deditq̄ pul
mētū: ⁊ panes quos coxerat / tra
didit. Quibꝰ illatꝫ / dixit. Pr̄ mi:
At ille rn̄dit. Audio. Quis es tu
fili mi? Dixitq̄ iacob. Ego sum
esau primogenitꝰ tuꝰ: feci tibi si-
cut precepisti michi. Surge / sede / ⁊
comede de venatōe mea: vt bn̄di
cat michi aīa tua. Rursūq̄ ysa-
ac ad filiū suū. Quō (inq̄t) tā cito
inuenire potuisti fili mi? Qui rn̄-
dit. Voluntas dei fuit: vt cito oc-
curreret michi / q̄d volebā. Dixit-
q̄ ysaac. Accede huc / vt tāgā te fi D.
li mi: et pbē vtrū tu sis filiꝰ meꝰ
esau / an nō. Accessit ille ad prez:
et palpato eo / dixit ysaac. Vox q̄-
dē / vox iacob est: sꝫ manꝰ / manꝰ
sūt esau. Et nō cognouit eū: q̄ pi
lose manꝰ similitudinē maiorꝫ ex
presserāt. Bn̄dicens ergo illi ait.
Tu es filiꝰ meꝰ esau? Rn̄dit. Ego
sū. At ille. Affer michi (iq̄t) cibos
de venatione tua fili mi: vt bn̄di-
cat tibi aīa mea. Quos cū obla-
tos comedisset: obtulit ei etiā ⁊ vi
nū. Quo hausto: dixit ad eū. Ac-
cede ad me: ⁊ da michi osculū fili
mi. Accessit: ⁊ osculatꝰ ē eū. Sta-
timq̄ vt sēsit vestimētoꝝ illiꝰ fra
grātiā: bn̄dicēs illi ait. Ecce odor
filij mei: sicut odor agri pleni cui
bn̄dixit dn̄s. Det tibi deꝰ de rore
celi ⁊ de pīguedīe terre abūdātiā
frumēti / vini / ⁊ olei: ⁊ seruiāt ti-
bi ppl'i / ⁊ adorēt te tribꝰ Esto dn̄s
fratrū tuoꝝ: ⁊ incuruent aā te fi-
lij mr̄is tue. Qui maledixerit ti-
bi / sit ille maledictus: ⁊ qui bene-
dixerit tibi / bn̄dictionibꝰ replea-
tur. Vix ysaac sermonē impleue
rat: et egresso iacob foras / venit
esau: coctosq̄ de venatiōe cibos /
intulit patri: dicens. Surge pa-
ter mi / ⁊ comede de venatione fi-
lij tui: vt benedicat michi anima
tua. Dixitq̄ illi ysaac. Quis enī

es tu? Qui rn̄dit. Ego sū fili9 tu9 primogenit9 esau. Expauit ysaac stupore vehementi: & vltra q̄ credi potest admirās/ ait. Quis igit̄ ille est/ q̄ dudū captā venatione attulit mihi: & comedi ex oīb9 priusq̄ tu venires? Bn̄dixiq; illi: & erit bn̄dict9. Auditis esau sermonibus pr̄is/ irrugiit clamore magno & cōsternat9/ ait. Bn̄dic etiā & michi pat̄ mi. Qui ait. Uenit german9 tu9 fraudulēter: et accepit benedictionē tuā. At ille subiūxit Iuste vocatū ē nomē ei9 iacob: supplātauit ei me en altera vice. Primogenita mea an̄ tulit: & nūc scd̄o surripuit bn̄dictionē meā Rursūq; ad patrē. Nūqd nō reseruasti (ait) & michi bn̄dictionē? Rn̄dit ysaac. Dn̄z tuū illuz ɔstitui: & oēs fr̄es tuos/ seruituti illi9 subiugaui. Frumēto/ & vino/ & oleo stabiliui eum: et tibi post hec fili mi/ vltra quid faciā? Cui esau. Num vnā (inqt) bn̄dictionē habes pr̄? Michi quoq; obsecro/ vt bn̄dicas. Cumq; eiulatu magno fleret: motus ysaac dixit ad eū. In pīguedīe t̄re: & i rore celi desup: erit bn̄dictio tua. Gr̄. Bonum est ɔfiteri dn̄o: & psallere noī tuo altissime. ℣. Ad ān̄ūciādū mane miā; tuā: et veritatē tuā p̄ noctē. Euā. S. lucā.

Ps. xci. Ibidē. c. xv. C



In il. t. dixit ies9 discip̄lis suis: parabolā hāc. Homo qdā habuit duos filios: & dixit adolescentior ex illis patri. Pat̄/ da mi

chi portionē substātie: q̄ me contingit. Et diuisit illis substantiā Et nō post multos dies: ɔgregatis oīb9 adolescētior filius pegre p̄fect9 est i regionē lōginquā/ et ibi dissipauit substātiā suā viuēdo luxuriose. Et postq̄ oīa ɔsummasset/ facta est fames valida in regione illa: et ipse cepit egere. Et abiit/ & adhesit vni ciuiū regiōis illi9: & misit illū i villā suā/ vt pasceret porcos. Et cupiebat iplere D ventrē suuz de siliqs/ quas porci mādūcabāt: et nemo illi dabat. In se aūt reuersus: dixit. Quāti mercennarii in domo patris mei abundant panib9: ego autē hic fame pereo? Surgā/ & ibo ad patrem meū: & dicā ei. Pater peccaui in celū & corā te: iam nō sum dignus vocari filius tuus/ fac me sicut vnum ex mercēnariis tuis. Et surgēs: venit ad patrē suum. Cum autē adhuc longe esset: vidit illū pater ipsius/ & mīa mot9 est. Et accurrēs cecidit sup̄ collū eius: & osculat9 est eum. Dixitq; E. ei filius. Pater/ peccaui in celū et corā te: iam nō sum dignus vocari filius tu9. Dixit autē pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primā/ et induite illū: & date anulū in manu eius/ & calciamēta in pedes eius. Et adducite vi F. tulū saginatū/ & occidite: & mandūcem9 & epulemur. q2 hic filius meus mortu9 erat/ & reuixit. perierat/ et inuētus est. Et ceperūt epulari. Erat autē filius eius senior: in agro. Et cū veniret & appropiquaret domui: audiuit simphoniam et chorum. Et vocauit

vnũ de seruis: ⁊ iterrogauit que hec essent. Isq; dixit illi. Frat tu⁹ venit: et occidit pater tu⁹ vitulũ saginatũ/ q2 saluũ illum recepit. Indignatus est autẽ: ⁊ nolebat introire. Pater ergo illius egressus: cepit rogare illum. At ille re
G. spõdẽs: dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: et nũq̃ mãdatum tuũ pteriui: et nunq̃ dedisti michi hedũ/ vt cum amicis meis epularer. Sed postq̃ filius tuus hic q̃ deuorauit substantiã suam cũ meretricib⁹ venit: occidisti illi vitulũ saginatũ. At ipse dixit illi Fili/ tu semp mecũ es: ⁊ oia mea tua sũt. Epulari aũt et gaudere oportebat: q2 frater tu⁹ hic mortuus fuerat/ ⁊ reuixit. Perierat:
ps. xii. et inuẽt⁹ est. Offr. Illumia oculos meos/ ne vnq̃ obdormiã i morte: neqñ dicat iimicus me⁹ pualui aduersus eũ. ℣.
Eodẽ. Usquequo dñe obliuisceris me i finẽ q̃diu

H ponã cõsilia in aia mea. Secre. Is sacrificijs dñe concede placat⁹: vt q̃ pprijs oram⁹ absolui delictis/ penis non grauemur eternis. p. d. Pref. Qui corporali
Lu. xv ieiu. Cõ. Oportet te fili gaudere: q2 fra
G. ter tuus mortu⁹ fuerat/ et reuixit: perierat/ et inuentus est. Postcõio.

S Acramẽti tui dñe diuina libatio penetralia nostri cordis infũdat: ⁊ sui nos participes/ potenter efficiat. p d. Sup ppl͡z. Humiliate capita vestra deo. Oro.

F Amiliã tuã q̃s dñe continua pietate custodi: vt q̃ in sola spe gratie celestis innitit̃/ celesti etiam protectione muniatur. Per. ¶ Dñica tertia quadragesime. Ad missam. Officium.

O Culi mei semper ad dñm: qm̃ ipse euellet de laqueo pedes meos: respice i me ⁊ miserere mei: qm̃ vnicus et paup sum ego. Ps. Ad te dñe leuaui animã meam: deus meus in te cõfido non erubescam. Oratio. Psal. xxiiii. Ibidẽ.

Q Uesum⁹ ops deus/ vota humiliũ respice: atq; ad defensionem nostrã dexterã tue maiestatis extẽde. Per dñ͡z. Ad ephesios

F Ratres: Estote imitato- ca. v.
res dei sicut filij charissi- A.
mi: et ambulate i dilectiõe/ sicut et xp̃s dilexit nos/ et tradidit semetip̃m p nobis oblationẽ ⁊ hostiã deo i odorẽ suauitatis. Fornicatio autẽ ⁊ ois imũdicia/ aut auaricia: nec noiet̃ i vobis/ sicut decet sanctos. Aut turpido/ aut stultiloquium/ aut scurrilitas/ q̃ ad rẽ nõ ptinet: sed magis grãx
actio. Hoc aũt scitote itelligẽtes: B.
q̃ ois fornicator/ aut imundus/ aut auarus/ qd̃ est ydolor seruitus: nõ habet hereditatẽ i regno xp̃i ⁊ dei. Nemo vos seducat: ianib⁹ verbis. Propter hec eni venit ira dei: i filios diffidẽtie. Nolite ergo effici: participes eorum Erat; eni aliqñ tenebre: nũc aũt lux i dño/ vt filij lucis ambulate. Fruct⁹ ei lucis est: i oi bonitate/
et iusticia/ ⁊ veritate. Gr. Exurge ps. ix.
dñe nõ pualeat hõ: iudicent̃ gẽtes in ɔspectu tuo. ℣. In cõuertendo iimicũ meũ re- Eodẽ.
trorsũ: ifirmabũt̃ ⁊ periẽt a facie tua. Tr.
A D te leuaui oculos meos: q̃ ha- p. cxxii.
bitas i celis. ℣. Ecce sicut oculi ⁊ oia i-
seruorũ: i manib⁹ dñorũ suorũ. ℣. Et si- fra.

cut oculi ancille: in manibus dñe sue. V. Ita oculi nostri ad dñm deū nostrū: donec misereat' nostri. V. Miserere nobis dñe: miserere nobis. Secundū Lucam.

ca. xi. B. 

IN il. tpe Erat iesus eijciēs demoniū: ⁊ illud erat mutū. Et cū eiecisset demoniū locut⁹ est mut⁹: ⁊ admirate sūt turbe. Quidā aūt ex eis/ dixerūt. In beelzebub pn̄cipe demonioꝝ: eijcit demonia. Et alij tentātes: signū de celo q̄rebāt ab eo. Ihe autem vt vidit cogitatiōes eoꝝ: dixit eis. Oē regnū i seipm̄ diuisū/ desolabit̄: ⁊ dom⁹ supra domum cadet. Si autē ⁊ sathanas in seipsū diuisus est: quomodo stabit regnū ipsi⁹/ q2 dicit3 i beelzebub eijcere me demonia. Si autē ego in beelzebub eijcio demonia: filij vr̄i i quo eijciūt. Ideo ⁊ ipsi iudices vestri erūt. Porro si in digito dei eijcio demōia: pfecto puenit i vos regnū dei. Cū fortis armat⁹ custodit atriū suū: i pace sūt ea q̄ possidet. Si aūt fortior illo superueniens vicerit eū: vniuersa arma ei⁹ auferet i qb⁹ cōfidebat/ ⁊ spolia ei⁹ distribuet. Qui nō est mecū: 2tra me est. Et q̄ non colligit mecū: dispgit. Cū imūdus spūs exierit ab hoīe: ābulat p loca inaquosa q̄rēs requiem/ ⁊ nō iueniēs dicit. Reuertar i domū meā: vnde exiui. Et cū venerit: iuenit eā scopis mūdatā. Tūc vadit/ ⁊ assumit septem alios spūs secū nequiores se: ⁊ igressi/ habitāt ibi. Et fiūt nouissima hoīs illi⁹: peiora pꝛioꝛib⁹. Factū est autē cū hec diceret: extollēs vocē q̄dā mulier de turba/ dixit illi. Btūs vēter q̄ te portauit: ⁊ vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimo: bti q̄ audiūt verbū dei: et custodiūt illd. Offr. Iusticie dñi recte letificātes corda: ⁊ dulciora super mel et fauum: nam et seruus tuus custodit ea. Psal. xviii. Secreta.

SUscipe q̄s dñe deuotorum munera famuloꝝ: ⁊ tua diuinis purifica seruiētes pietate mysterijs: qb⁹ etiā iustificas ignorantes. p. d. Pref. quoti. Cōio. Passer inuenit sibi domū: ⁊ turtur nidū vbi reponat pullos suos/ altaria tua dñe virtutū: rex me⁹ ⁊ de⁹ me⁹/ bti q̄ habitāt in domo tua: i seculū scl'i laudabūt te. Psal. lxxxi. Postcōio.

ACūctis nos dñe reatib⁹ ⁊ piculis ppiciat⁹ absolue: quos tanti mysterij tribuis esse participes. p. d. ¶ Feria. iij. post Oculi. Ad missā. Offi.

IN deo laudabo vbū/ in dño laudabo sermonem: i deo speraui/ nō timebo qd faciat michi homo. Ps. lv. Ps. Miserere mei de⁹/ qm̄ cōculcauit me homo: tota die ipugnās tribulauit me. Eodē. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

COrdib⁹ nr̄is q̄s dñe grām tuā benign⁹ ifūde: vt sicut ab escis corpalib⁹ abstinem⁹: ita sēsus quoq3 nr̄os/ a noxijs retrahām⁹ excessib⁹. p. d. Lectō libri Regum iiii. ca. v. A.

IN dieb⁹ illis: Naaman pn̄ceps militie regis syrie: erat vir magnus apd dñm suū/ ⁊ honorat⁹. Per illū eni: dedit dñs salutē syrie. Erat aūt vir

C.

D

fortis ⁊ diues: sed leprosus. Por-
ro de syria egressi fuerāt latrūcu
li: ⁊ captiuā duxerant de terra is-
rael puellā paruulā/ q̄ erat i obse
quio vxoris naamā. Que ait ad
dn̄am suā. Utinā fuisset dn̄s meꝰ
ad pphetā q̄ est in samaria: pfe-
cto curasset eū a lepra/ quā habet
B. Ingressus ē itaqꝫ naamā ad dn̄z
suū: ⁊ nūciauit ei dicēs. Sic ⁊ sic
locuta est puella: de terra israel.
Dixitqꝫ ei rex syrie Uade ⁊ mittā
litteras: ad regē israel. Qui cum
pfectꝰ esset/ ⁊ tulisset secū decē ta
lēta argēti: ⁊ sex milia aureos/ ⁊
decē mutatoria vestimētorū/ de-
tulit litteras ad regē israel/ i hec
verba. Cū acceperꝫ epistolā hāc:
scito ꝙ miseri ad te naamā seruū
meū/ vt cures eū a lepra sua. Cū-
qꝫ legisset rex isrl̄ litteras: scidit
vestimēta sua/ ⁊ ait. Nūqd deus
ego sum vt occidere possim/ ⁊ vi-
uificare/ qꝛ iste misit ad me vt cu-
C. rem hoiem a lepra sua: Aiaduer
tite ⁊ videte: quot occasiōes q̄rat
aduersū me. Qd cū audisset heli-
seus vir dei/ scidisse videlicet regē
israel vestimēta sua: misit ad eū/
dicēs. Cur scidisti vestimēta tua:
Ueniat ad me: ⁊ sciat esse pphetā
in israel. Uenit ergo naaman cū
equis et curribꝰ: ⁊ stetit ad ostiū
domꝰ helisei. Misitqꝫ ad eū heli-
seus nūciū: dicēs. Uade/ ⁊ laua-
re septies i iordane: ⁊ recipiet sa-
nitatē caro tua/ atqꝫ mūdaberis
Iratusqꝫ naaman: recedebat di-
cēs. Putabā ꝙ egrederet̄ ad me:
et stans iuocaret nomen dn̄i dei
sui/ ⁊ tangeret manu sua locū le-
D pre/ ⁊ curaret me. Nunqd nō me

liores sūt abana ⁊ pharphar flu-
uij damasci oībꝰ aq̄s israel: vt la-
uer in eis ⁊ mūder: Cū ergo ver-
tisset se ⁊ abiret indignās: accesse
runt ad eū serui sui/ ⁊ locuti sunt
ei. Pat/ et si rē grādē dixisset tibi
propheta: certe facere debueras.
Quātomagis/ qꝛ nūc dixit tibi:
lauare/ ⁊ mūdaberis. Descēdit ⁊
lauit i iordane septies/ iuxta ser-
monē viri dei: ⁊ restituta est caro
eiꝰ sicut caro pueri paruuli/ ⁊ mū
datꝰ est a lepra. Reuersusqꝫ ad vi
rum dei cum vniuerso comitatu
suo: venit ⁊ stetit coram eo/ ⁊ ait.
Uere scio ꝙ nō sit deꝰ alius i vni- E.
uersa terra: nisi tātū dn̄s deꝰ isrl̄:
Gr. Deꝰ vitā meā nūciaui tibi: posuisti ps.lv.
lachrias meas i ɔspectu tuo. V. Misere- Ibidē.
re michi dn̄e qm̄ cōculcauit me homo: to-
ta die bellās tribulauit me. Tr. D n̄e
nō secūdū. Q̄re supra feria. vj. quat-
tuor tēpor. Euāgel. Scd̄m lucā



IN illo tp̄e ca.iiij.
Dixerunt D
pharisei ad iesū
Quāta audiui-
mus facta in ca
pharnaū: fac et
hic i patria tua.
Ait aūt Amē di
co vobꝫ: qꝛ nemo
ppheta acceptꝰ
est i patria sua. In veritate dico
vobis: multe vidue erāt in diebꝰ
helye i israel: qn̄ clausum est celū
annis tribꝰ/ ⁊ mensibꝰ sex/ cū fa-
cta esset fames magna i oī terra/
et ad nullā illarū missꝰ est hely-
as/ nisi i sareptā sydonie/ ad mu
lierē viduā. Et multi leprosi erāt E.
in israel sub heliseo ppheta: ⁊ ne-
mo eorū mūdatꝰ est/ nisi naamā

syrus. Et repleti sunt oēs i synagoga ira: hec audiētes. Et surrexerūt / ꝛ eiecerūt illū extra ciuitatem: ꝛ duxerūt illū vsqꝫ ad supcilium mōtis sup quē ciuitas illoꝝ erat edificata: vt pcipitarēt eum. Ipe aūt trāsiēs: per mediū illoꝝ
ps.liiii. ibat. Offꝫ. Exaudi deꝰ orōnē meā ꝛ ne despexeris depcationē meā: itende i me et
Eodē. exaudi me. ℣. Cōturbatꝰ sum a voce inimici et a tribulatione pctoꝛis: et expectabam eū qui me saluū faceret. Secreta.

Munus qđ tibi dn̄e nr̄e seruitutis offerimꝰ: tu salutare nobis pfice sacramentū. p. d. Pꝛefa. Qui corpoꝛali ieiu. Cōio.
ps.xiij et.lij. Quis dabit ex syon salutare israel: cum auerterit dn̄s captiuitatē plebis sue / exultabit iacob et letabit israel. Postcōio.

Presta q̄s ops ꝛ misericoꝛs deꝰ: vt q̄ oꝛe ꝯtingimꝰ: pura mēte capiamꝰ. p. d. Sup ppꝫ Humiliate capita vr̄a deo. Oꝛo.

Subueniat nobꝫ q̄s dn̄e mīa tua: vt ab iminētibꝰ pctōꝝ nr̄oꝝ pic'lis: te mereamur ptegēte eripi: te liberāte saluari. p. d.

¶ Fer. iij. post Oculi. Ad mis. of.
ps.xvi. Ego clamaui qm̄ exaudisti me deꝰ iclina aurē tuā ꝛ exaudi v̄ba mea: custodi me dn̄e vt pupillā oculi: sub vmbꝛa alaꝝ tua-
Ibidē. rum ptege me. ps. Exaudi dn̄e iusticiā meā: intende depꝛecationē meā. Flectamꝰ genua Leuate. Oꝛ.

Exaudi nos omps ꝛ misericoꝛs deꝰ: ꝛ ꝯtinētie salutarꝫ ppicius nobis dona cōcede. Per do-
iiij. ca. iiij. A. minuz. Lectio libꝛi Regū. In diebꝰ illis: Mulier qđā clamabat ad heliseū pphetā / dicens. Seruꝰ tuꝰ vir meꝰ moꝛtuꝰ est: ꝛ tu nosti / qꝛ seruꝰ tuꝰ fuit timēs deū. Et ecce creditoꝛ venit / vt tollat duos filios meos: ad seruiendū sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic michi: qđ habes i domo tua? At illa respōdit. Nō habeo ancilla tua quicq̄ i domo mea: nisi parū olei quo vngar. Cui ait. Uade ꝛ pete mutuo ab oībꝰ vicinis tuis / vasa vacua nō pauca: et ingredere domū tuā / ꝛ claude ostiū cū itrinsecus fueris / tu ꝛ filij tui. Et mitte inde i oīa vasa hec: et cū plena fuerit / tolles. Iuit itaqꝫ mulier: et clausit ostiū sup se: ꝛ sup filios suos. Illi offerebāt vasa: ꝛ illa ifundebat. B. Cūqꝫ plena fuissēt vasa: dixit ad filiū suū. Affer michi adhuc vas. Et ille r̄ndit. Nō habeo. Stetitqꝫ oleū. Uenit autē illa: ꝛ indicauit hoī dei. Et ille. Uade inqt vende oleū: ꝛ redde creditoꝛi tuo. Tu aūt ꝛ filij tui: viuite
Psal. xviii. de reliquo. Grꝫ. Ab occultis meis mūda me dn̄e: et ab alienis parce seruo tuo.
Eodē. ℣. Si mei nō fuerint dn̄ati: tunc immaculatus ero: et emundaboꝛ a delicto maximo. S. mathe.



In illo tēpoꝛe: Respiciēs iesus in discipłos suos: dixit symoni petro. Si peccauerit i te frat̄ tuꝰ: c.xviij. B. vade / et coꝛripe eū iter te ꝛ ipm solū. Si te audierit: lucratꝰ eris fratrē tuū. C Si autem te non audierit / adhibe tecū adhuc vnum / vel duos: vt in oꝛe

duorũ vel triũ testiũ/ stet oẽ vbũ Quod si nõ audierit eos: dic eccle sie. Si autẽ ecclesiã nõ audierit: sit tibi sicut ethnic⁹/ ꝛ publican⁹ Amẽ dico vobis Quecũqꝫ alliga ueritis sup terrã: erũt ligata ꝛ in celo Et quecũqꝫ solueritꝫ sup ter- rã: erũt soluta ꝛ i celo. Iterũ dico vobis: qꝛ si duo ex vobis cõsense- rit sup terrã de omni re quãcũqꝫ petierint/ fiet illis a patre meo/ q̄ in celis est. Ubi eni sunt duo/ vel tres ꝯgregati i nomine meo: ibi sum in medio eoꝝ. Tunc accedẽs petrus ad eũ: dixit. Dñe: quotiẽs peccabit i me frater me⁹/ ꝛ dimit tam ei. vsqꝫ septies? Dixit illi ies⁹ Nõ dico tibi vsqꝫ septies: sed vsqꝫ

Psal. cxvii. septuagesies septies. Offꝛ. Dexte ra dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit

Ibidẽ. me. nõ moꝛiar sed viuã: et narrabo opera dñi. ℣. In tribulatione inuocaui dñm: ꝛ exaudiuit me in latitudine: quoniã dñs adiutoꝛ meus est. Secreta.

Per hec veniat q̄sum⁹ dñe sacramẽta nostre redẽptiõis effe ctus: q̄ nos ꝛ ab humanis retra- hat semp excessib⁹ ꝛ ad salutaria cuncta pducat. p d̄. Pref. Qui coꝛ

ps. xiiii. poꝛali ieiunio. Cõio. Dñe q̄s habi- tabit in tabernaculo tuo/ aut q̄s requiescet in mõte sancto tuo? qui ingredit̄ sine ma- cula: et operatur iusticiam. Postcõio.

Sacris dñe mysterijs expia ti/ ꝛ veniã q̄sum⁹ cõsequa mur et gratiam. Per dominum. Super populum. Humiliate ca- pita vestra deo. Oꝛatio.

Tua nos dñe protectione defende: ꝛ ab oĩ semp iniq̄tate cu stodi. Per dñꝫ. ¶ Feria.iiij. post Oculi. Ad missam. Officium.


Ego aũt i dño speraui: Ps.xxx. exultabo et letaboꝛ in tua mĩa: quia respexi- sti humilitatẽ meã. Ps

In te dñe speraui non ꝯfundar ineternũ: Ibidẽ. in iusticia tua libera me. Flectamus genua Leuate. Oꝛatio.

Presta nobis q̄s dñe: vt sa- lutaribus ieiunijs eruditi: a no- xijs quoqꝫ vicijs abstinẽtes: pro- piciationẽ tuã facili⁹ ĩpetrem⁹.

Per dñꝫ. Lectõ libri Exodi. Hec dicit dñs de⁹: Honoꝛa ca.xx. patrẽ tuũ ꝛ matrẽ tuã/ vt sis lõ- C. genus sup terrã: quã dñs de⁹ tu⁹ dabit tibi. Nõ occides/ nõ mecha beris/ nõ furtũ facies/ nõ loq̄ris ꝯtra ꝓximũ tuũ falsum testimo- niũ. Nõ cõcupisces domũ ꝓximi tui: nec desiderabis vxoꝛẽ ei⁹/ nõ seruũ/ nõ ãcillã/ nõ bouẽ/ nõ asi- nuꝫ/ nec oĩa q̄ illi⁹ sũt. Cũct⁹ aũt ppl's videbat voces ꝛ lãpades: ꝛ sonitũ buccine/ montẽqꝫ fumigã tem. Et pterriti/ ac pauoꝛe pcul- si: steterũt procul dicẽtes moysi. Loq̄re tu nobis: ꝛ audiem⁹. Nõ loquat̄ nobꝫ dñs: ne foꝛte moꝛia- mur. Et ait moyses ad pplꝫ. No lite timere. Ut eni pbaret vos ve nit de⁹: ꝛ vt terroꝛ illi⁹ esset in vo bis/ ꝛ nõ peccaretis. Stetitqꝫ po pulus de longe: moyses autẽ ac- cessit ad caliginẽ in qua erat̄ de⁹. Dixitqꝫ preterea dñs ad moysen Hec dices filijs israel. Uos vidi- stis/ qꝛ de celo locutus sum vobis Non facietis deos argẽteos: nec D deos aureos facietis vobis. Al- tare de terra facietis michi: ꝛ of- feretis super eo holocausta ꝛ pa- cifica vr̃a. Oues vr̃as et boues:

in oi loco/in quo memoria fuerit
ps.vi. nois mei. Gr. Miserere michi dñe:
Ibidē. qm̄ infirm⁹ sum/sana me dñe. V. Cōtur-
bata sunt oia ossa mea: et aia mea turba-
ta est valde. Tr. De necessitatib⁹ eri-
pe me. vts. Euā. Scd̄m matheū.

c.xv.A 

In illo tpe
Accesserūt
ad iesum ab hie-
rosolimis scribe
et pharisei: dicē-
tes. Quare disci-
puli tui trāsgre-
diunt traditio-
nes seniorū. Nō eni lauāt man⁹
suas: cū panē māducāt. Ipse au-
tem respondēs: ait illis Quare &
vos trāsgredimini mādatū dei
pꝑter traditionē vestrā. Nā de⁹
dixit. Honora patrē & matrē: & q̄
maledixerit patri vel matri/mor-
te moriat. Uos aūt dicitis: quicūq;
dixerit patri vel matri mun⁹ qd̄-
cūq; est ex me/tibi pderit & nō ho-
norificabit patrē suū et matrem
suā/ & irritū fecistis mādatū dei/
pꝑter traditionē vestrā. Hypo-
crite: bene prophetauit de vobis
esayas dicēs. Popul⁹ hic labijs
me honorat: cor aūt eor/lōge est
a me. Sine causa aūt colunt me:
docētes doctrinas/et mandata
hoim. Et cōuocatis ad se turbis:
B. dixit eis. Audite/& itelligite. Nō
qd̄ itrat i os/coinqnat hoiē: sed
quod pcedit ex ore/hoc coinqnat
hoiem. Tunc accedētes discipuli
ei⁹: dixerūt eis. Scis/q2 pharisei
audito v̄bo hoc: scādalizati sūt.
At ille rn̄dēs/ait. Ois plātatio
quā nō plātauit pat me⁹ celest:
eradicabit. Sinite illos: ceci sūt/

et duces cecor. Cecus aūt/si ceco
ducatū pstet: ambo in foueā ca-
dunt. Rn̄dēs aūt petrus: dixit ei
Edissere nob parabolā istā. At
ille dixit. Adhuc & vos/sine itelle-
ctu estis. Nō itelligitis/q2 oē qd̄
in os itrat: i vētrē vadit/& i seces-
sum emittit. Que aūt pcedūt de
ore: de corde exeūt/& ea coinqnāt
hoiem. De corde ei exeūt cogita-
tiones male: homicidia/adulte-
ria/fornicatiōes/furta/falsa te-
stimōia/blasphemie. Hec sūt q̄ co-
inqnāt hoiem. Nō lotis aūt ma-
nib⁹ māducare: nō coinqnat ho-
minē. Offr. Dñe fac mecū scd̄z miam Psal.
tuā pꝑt nomē tuū: q2 suauis est mia tua. cviii.
V. De⁹ laudē meā ne tacueris: q2 os pctō- Eodē.
ris & os dolosi sup me apertū est. Secr.
Suscipe q̄s dñe pces populi
tui cū oblationib⁹ hostia-
rum: & tua mysteria celebrātes/
ab oib⁹ nos defende piculis. p d.
Pref. Qui corporali ieiu. Cō. No- ps.xv.
tas michi fecisti vias vite: adimplebis me
leticia cum vultu tuo dñe. Postcōio.
Sanctificet nos q̄s dñe qua
pasti sum⁹ mensa celestis:
et a cunctis errorib⁹ expiatos: su-
pernis pmissionib⁹ reddat acce-
ptos. p.d. Super populū. Humi-
liate capita vestra deo. Oratio.
Concede q̄s ops deus: vt q̄
ptectionis tue gratiā q̄ri-
mus: liberati a malis oibus secu-
ra tibi mēte seruiam⁹. p. ¶ Fer.
quinta post Oculi. Ad missā. of. ecclesie
Salus ppli ego sum/di- vox ex
cit dn̄s: de quacūq; tri- pis & p
bulatiōe clamauerint phetis.
ad me exaudiā eos: et Psal.
ero illor dn̄s in ppetuū. ps. Attē- lxxvii.

dite popule meus legē meā: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Flectamus genua Levate. Or.

Concede q̄s ops de⁹: vt ieiuniorū nobis sancta devotio: et purificationē tribuat/ ⁊ maiestati tue nos reddat acceptos. Per dn̄m. Lectio hieremie prophete.

ca. vij. A. In dieb⁹ illis: Fact⁹ est sermo dn̄i ad me/ dicēs. Sta i porta dom⁹ dn̄i: ⁊ predica ibi verbum istud/ ⁊ dic. Audite verbuʒ dn̄i oīs iuda: q̄ igredimini p portas has/ vt adoretis dn̄m. Hec dicit dn̄s exercituū: de⁹ israel. Bonas facite vias v̄ras/ ⁊ studia vestra: et habitabo vobiscū in loco isto. D Nolite ɔfidere i v̄bis mēdacij dicētes: tēplū dn̄i/ tēplū dn̄i/ tēplū dn̄i est. Q̄m si b̄ndixeritiʒ vias v̄ras ⁊ studia v̄ra: si feceritis iudiciū iter viʀ ⁊ primū ei⁹: advene ⁊ pupillo/ ⁊ vidue/ nō feceritis calūniā: nec sanguinē inocētem effuderitis i loco hoc: et post deos alienos nō ābulaveritis in maluʒ vobismetipsis/ habitabo vobiscū i loco isto: i terra quā dedi p̄trib⁹ v̄ris a seculo ⁊ vsq; i sclm Dicit dn̄s: ops. Gr. Oculi oim in te

Psal. cxliiij. sperāt dn̄e: et tu das illis escam in tēpore oportuno. V. Aperis tu manū tuā: et imples omne animal benedictione. Euāgelium. Secunduʒ Johannem.

Eodē.

ca. vi. C. 

In illo tēpore: Dixit iesus turbis iudeorū. Operamini nō cibuʒ q̄ perit: sed q̄ pmanet in vitā eternā quē fili⁹ hoīs dabit vobis. Hūc eni pat̄: signavit de⁹. Dixerūt ergo ad eū. Quid faciem⁹/ vt operemur opera dei. R̄n̄dit iesus: ⁊ dixit eis. Hoc ē op⁹ dei: vt credatis i eū quē misit ille Dixerūt ergo ei. Q̄d ergo tu facis signū: vt videam⁹ ⁊ credam⁹ tibi. Quid operaris. Patres n̄ri māducaverūt māna i deserto: sicut scriptū est. Panē de celo: dedit eis māducare. Dixit ergo eis iesus. Amē amē dico vobis/ non moyses dedit vobis panē de celo: sed pat̄ me⁹ dat vobis panem de celo verū. Panis eni dei est/ q̄ descēdit de celo: ⁊ dat vitā mūdo Dixerūt ergo ad eū. Dn̄e/ semp da nobis hūc panē Dixit aūt eis iesus. Ego sum panis vite. Qui venit ad me: nō esuriet. Et q̄ credit i me: non sitiet vnq̄. Offr. Si ambulavero i medio tribulatiōis vivifi- cabis me dn̄e: et sup irā inimicorū meorū extendes manū tuā/ et saluū me fecit dextera tua. V. In quacūq; die invocavero te exaudi me dn̄e: multiplicabis i anima mea virtutē tuam. Secreta.

D

Ps. cxxxvii.

Ibidē

Hac nos dn̄e q̄s ad sancta mysteria/ purificatis mētib⁹ accedere: vt tibi semp cōpetēs deferam⁹ obsequiū. p. Pref. Qui corporali. Cō. Tu mādasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee/ ad custodiēdas iustificatiōes tuas.

Psal. cxviij.

Sacramēti tui dn̄e Postcō. venerāda pceptio: ⁊ mystico nos mundet effectu/ ⁊ ppetua virtute defēdat. p. d̄. Sup ppl̄m. Humiliate capita vestra deo. Or.

Subiectū tibi populum q̄s dn̄e ppiciatio celestis amplificet: ⁊ tuis semp faciat servire

mādatis. Per dñm. ❡ Feria sex-
ta post Oculi. Ad missam. Offm̄

Psal. lxxxv.  Ac mecū dñe signū i
bonū: vt videāt q me
oderūt/ ⁊ ɔfūdant: qm̄
tu dñe adiuuisti me:
⁊ ɔsolatus es me. ps.
Ibidē. Inclina domine aurem tuā ⁊ exaudi me
qm̄ inops ⁊ pauper sum ego. Oratio.

IEiunia nr̄a q̄s dñe beni-
gno fauore prosequere: vt
sicut ab alimētis abstinemus in
corpore: ita a vicijs ieiunem⁹ in
mēte. p. do. Lectio libri Numeri

ca. xx. A. IN dieb⁹ illis: Cōuenerūt
filij israel aduersum moy-
sen ⁊ aarō: ⁊ versi i seditionē/ di-
xerūt. Date nobis aquā: vt biba
mus. Ingressiq; moyses ⁊ aarō/
dimissa multitudine ante taber-
naculū federis: corruerūt pni in
terrā/ clamauerūtq; ad dñm/ at-
q; dixerūt. Dñe de⁹/ exaudi cla-
morē populi hui⁹: ⁊ aperi eis the
saurū tuum/ fontē aq̄ viue/ vt sa
tiati cesset murmuratio eorū. Et
B. apparuit gl'ia dñi: sup eos. Lo-
cutusq; est dñs ad moysen: dicēs
Tolle virgā ⁊ cōgrega populū:
tu ⁊ aarō frat tu⁹/ ⁊ loq̄mini ad
petrā corā eis/ ⁊ illa dabit aquas
Cūq; eduxeris aquā de petra: bi-
bet oīs multitudo/ ⁊ iumēta ei⁹.
Tulit igit moyses virgā q̄ erat i
ɔspectu dñi: sicut pceperat ei. Cō
gregata oī mltitudie āte petrā:
dixitq; eis. Audite rebelles: ⁊ in-
creduli Nun de petra hac/ vobis
aquā poterim⁹ eijcere? Cūq; ele-
uasset moyses manum/ pcutiēs
virga bis silicē/ egresse sūt aque
largissime: ita vt populus bibe-
ret/ et iumenta. Dixitq; dñs ad
moysen: ⁊ aaron. Qr nō credidi-
stis michi/ vt sctificaretis me co-
ram filijs israel: nō itroducetis
hos pplos i terrā quā dabo eis.
Hec ē aqua ɔtradictiōis: vbi iur-
gati sūt filij israel ɔtra dñz: ⁊ scti
ficat⁹ est in eis. Gr. In deo sperauit Psal. xxvii.
cor meū ⁊ adiutus sum: et refloruit caro
mea/ et ex voluntate mea confitebor illi.
V. Ad te dñe clamabo: deus meus ne si- Eodē.
leas/ ne discedas a me. Tract⁹

Domine non scd̄m pctā nr̄a q̄ feci ps. cii.
mus nos: neq; secundū iniq̄tates nr̄as re
tribuas nobis. V. Dñe ne memineris ini Psal. lxxviii.
quitatū nr̄arū antiquarū: cito anticipēt
nos mie tue/ q; pauperes facti sumus ni-
mis. Hic nō fiat genuflectio cū dr̄
V. Adiuua nos deus salutaris nr̄: ⁊ ppt Ibidē.
gl'iaz nois tui dñe libera nos ⁊ ppici⁹ esto
pctis nr̄is pp̄ter nomē tuū. S. iohāne



IN illo tē- ca. iiii. A.
pore: Ue-
nit iesus in ciui
tatez samarie q̄
dicit sichar/ iux
ta prediū qd̄ de-
dit iacob ioseph
filio suo. Erat
aūt ibi: fons ia-
cob. Jesus ergo fatigat⁹ ex itine
re: sedebat sic sup fontē. Hora au
tem erat: quasi sexta. Uenit mu-
lier de samaria: haurire aquam.
Dixit ei iesus. Da michi bibere.
Discipuli eni ei⁹ abierāt i ciuita-
tem: vt cibos emerēt. Dixit ergo
ei mulier illa: samaritana. Quo
modo tu iude⁹ cū sis: bibere a me
poscis/ que sum mulier samarita
na? Nō eni coutunt iudei: sama B.
ritanis. Rñdit ies⁹: ⁊ dixit ei. Si

scires donū dei/ ⁊ q̄s est q̄ dicit ti-
bi/ da michi bibere: tu forsitan pe
tisses ab eo / et dedisset tibi aquā
viuā. Dixit ei mulier. Dn̄e/ neq̄
in quo haurias habes: ⁊ puteus
alt⁹ est. Unde ergo habes aquā
viuā? Nūqd tu maior es p̄re nr̄o
iacob/ q̄ dedit nobis puteū/ ⁊ ipse
ex eo bibit: ⁊ filij ei⁹/ ⁊ pecora ei⁹?
Rn̄dit iesus: et dixit ei. Oīs q̄ bi-
bit ex aqua hac: sitiet iterū. Qui
autē biberit ex aqua quā ego da-
bo ei: nō sitiet ieternū Sed aqua
quā ego dabo ei: fiet ī eo fons aq̄
C. salientis in vitam eternā. Dixit
ad eū mulier. Dn̄e/ da michi hāc
aquā vt nō sitiā: neq̄ veniā huc
haurire. Dixit ei iesus. Uade/ vo
ca virū tuū: ⁊ veni huc. Respōdit
ei mulier: ⁊ dixit. Nō habeo vir.
Dixit ei iesus. Bene dixisti: qꝛ nō
habeo virū. Quinq̄ enim viros
habuisti: ⁊ nunc quē habes/ non
est tuus vir. Hoc vere dixisti. Di-
xit ei mulier. Dn̄e video: qꝛ pphe
ta es tu. Patres nr̄i in mōte hoc
adorauerūt: ⁊ vos dicitis/ qꝛ hie-
rosolymis est locus/ vbi adorare
oportet. Dixit ei ies⁹. Mulier/ cre
de michi qꝛ veniet hora: quando
neq̄ ī mōte hoc/ neq̄ ī hierosoly-
mis/ adorabitis patrē. Uos ado
ratis qđ nescitis: nos adoram⁹
qđ scimus/ qꝛ salus ex iudeis est.
D Sed venit hora ⁊ nūc est: quādo
veri adoratores adorabunt pa-
trem/ in sp̄ū ⁊ veritate. Nā ⁊ pat
tales q̄rit: q̄ adorēt eū. Sp̄us est
de⁹: ⁊ eos q̄ adorēt eū/ ī sp̄ū ⁊ ve-
ritate oportet adorare. Dixit ei
mulier. Scio qꝛ messias venit: q̄
dicit xp̄s. Cum ergo venerit: ille
nobis annūciabit oīa. Dixit ei ie
sus. Ego sum q̄ loquor tecū. Et
cōtinuo venerūt discipuli eius: ⁊
mirabātur/ qꝛ cum muliere loq̄-
batur. Nemo tamē dixit ei: quid
queris: aut qđ loquaris cum ea?
Reliquit ergo hydriā suam mu-
lier: ⁊ abijt in ciuitatē/ ⁊ dixit il-
lis hoībus. Uenite ⁊ videte homi
nem: q̄ dixit michi oīa q̄cunq̄ fe-
ci. Nunqđ ip̄e est xp̄s? Exierūt er
go de ciuitate: ⁊ veniebāt ad eū.
Interea rogabāt eum discipuli:
dicētes. Rabbi: māduca. Ille au
tem dixit eis. Ego cibum habeo
māducare: quē vos nescitis. Di-
cebant ergo discipuli: ad inuicē.
Nunqđ aliq̄s attulit ei mandu-
care? Dixit eis iesus. Meus cib⁹ E.
est/ vt faciā voluntatē eius q̄ mi-
sit me: vt pficiā opus eius. Non-
ne vos dicitꝭ/ qꝛ adhuc quattuor
mēses sunt: ⁊ messis venit? Ecce
dico vobis/ leuate oc'los vestros/
et videte regiones: quia albe sūt
iam ad messem. Et qui me metit
mercedē accipit: ⁊ cōgregat fru-
ctum in vitā eternā. Ut ⁊ q̄ semi-
nat: simul gaudeat ⁊ q̄ metit. In
hoc eni est verbū verū: qꝛ ali⁹ est
q̄ seminat/ ⁊ ali⁹ est q̄ metit. Ego
misi vos metere: qđ vos non la-
borastis. Alij laborauerūt: et vos
in labores eorū itroistis. Ex ciui F.
tate aūt illa mlt̄i crediderūt ī eū sa
maritanorꝫ ppt̄ verbū mulieris
testimoniū phibētis: qꝛ dixit mi-
chi oīa q̄cūq̄ feci. Cū venissent er
go ad illū samaritani: rogauerūt
eū vt ibi maneret. Et mansit ibi:
duos dies. Et multo plures cre-
diderūt ī eū pp̄ter sermonē ei⁹: ⁊

mulieri dicebãt/q2 iam nõ ꝓpter tuã loq̃lã credim⁹. Ipsi eñi audiuim⁹ ⁊ scim⁹: q2 hic est vere saluato2 mũdi. Offer. Intende voci orõnis mee rex me⁹ et deus me⁹: qñ ad te o2abo dñe. Ps.v. ℣. Uerba mea aurib⁹ ꝑcipe dñe: itellige clamo2ẽ meum. Secreta. Eodẽ.

Respice dñe ꝓpicius ad munera q̃ sacramus: vt ⁊ tibi grata sint: ⁊ nobis salutaria semꝑ existãt. p.d. P2ef. Qui co2pali. Cõ. Qui biberit aquã quam ego do dicit dñs samaritane: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternã. Postcõio. Johã. iiii.B.

Huius nos dñe ꝑceptio sacramẽti mundet a crimine: ⁊ ad celestia regna ꝑducat. p. Sup ꝑpłm. Humiliate capita vr̃a deo. Orõ.

Presta q̃s oþs de⁹: vt q̃ i tua ꝓtectõe ɔfidim⁹: cũcta nobis aduersãtia te adiuuãte vicamus. p. ¶ Sabba. post Ocłi. of. E.

Uerba mea aurib⁹ ꝑcipe dñe: itellige clamorem meum: intẽde voci o2ationis mee. ps. Ps.v. Rex meus et deus meus. Flectamus genua Leuate. O2atio. Ibidẽ.

Presta q̃s oþs deus: vt q̃ se affligẽdo carnẽ ab alimẽtis abstinet: sectãdo iusticiã a culpa ieiunet. p. Lctõ danielis ꝓphete.

In dieb⁹ illis: Erat vir i babilone: ⁊ nomẽ ei⁹ ioachim ca.xiii. A. Et accepit vxo2ẽ noie susannã: filiam helchie/pulch2ã nimis/ ⁊ timentẽ deũ. Parẽtes autẽ illius/ cũ essent iusti: erudierũt filiã suã scõm legẽ moysi. Erat autẽ ioachim diues valde: ⁊ erat ei pomeriũ vicinũ domui sue. Et ad ipm ɔfluebãt iudei: eo q̄ esset hono2abilio2 oĩm. Et cõstituti sunt duo senes iudices in anno illo/ de q̃b⁹ locut⁹ est dñs: q2 egressa est iniq̃tas de babilone/ a senio2ib⁹ iudicib⁹ / q̃ videbant regere populũ. Isti freq̄tabãt domũ ioachim: et veniebãt ad eos oẽs qui habebant iudicia. Cũ aũt populus reuertisset post meridiẽ/ igrediebat susanna: ⁊ deambulabat i pomerio viri sui. B. Et videbant eã senes quotidie ingredientẽ ⁊ deambulantẽ: ⁊ exarserũt i ɔcupiscẽtiam ei⁹. Et auerterũt sensuz suũ: ⁊ declinauerũt oculos suos vt nõ viderẽt celũ/ neq̃ reco2darent iudicio2ũ iusto2ũ. Factũ est aũt cum obseruarẽt diẽ aptũ quãdo eam possent inuenire solam: ingressa est aliquãdo sicut heri ⁊ nudiustertius cum duabus solis puellis / voluitq̃ lauari in pomerio. Estus quippe erat. Et non erat ibi quisq̃: ꝓter duos senes abscõditos / cõtẽplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleum ⁊ smigmata: ⁊ ostia pomerij claudite vt lauer. Cum aũt egresse essent puelle: surrexerũt duo senes/ ⁊ accurrerũt ad eam/ ⁊ dixerunt. Ecce ostia pomerij clausa sunt/ ⁊ nemo nos videt: ⁊ in cõcupiscentia tui sumus. Quão b2em assẽtire nobis: ⁊ cõmiscere nobiscum. Quod si nolueris: dicem⁹ testimoniũ contra te/ q̄ fuerit tecum iuuenis / ⁊ ob hanc causam emiseris puellas a te. C. Ingemuit susãna: ⁊ ait. Angustie michi sũt vndiq̃. Si eĩ hoc egero mo2s michi est: si aũt nõ egero/ nõ effugiã man⁹ vr̃as. Sed meli⁹ michi est

absq ope icidere i man⁹ vr̃as: q̃ peccare i ꝯspectu dñi. Et exclama
uit voce magna susanna: excla=
mauert aũt ⁊ senes aduersus eã/
et cucurrit vn⁹ et apuit ostia po=
merij. Cũ aũt audissent clamorẽ
in pomerio famuli dom⁹: irrue=
runt ꝑ posticũ/ vt viderent qđnã
esset. Postq̃ aũt senes locuti sũt:
erubuert serui vehemẽter/ qꝛ nũ=
q̃ dict⁹ fuerat sermo huiusmodi
de susanna. Et facta est dies cra=
D. stina. Cũq3 venisset populus ad
virũ ei⁹ ioachim: venerũt ⁊ duo
p̃sbyteri pleni iniqua cogitatiõe
aduersus susannã/ vt iterficerẽt
eã. Et dixerũt corã pplo. Mittite
ad susannã: filiã helchie vxorem
ioachim. Et statim miserũt. Et
venit cum parẽtib⁹ ⁊ filijs: ⁊ vni
uersis cognat3 suis. Flebãt igit̃
sui: ⁊ oẽs q̃ eã nouerãt. Consur=
gẽtes aũt duo p̃sbyteri in medio
populi: posuerũt man⁹ suas sup
caput ei⁹. Que flẽs suspexit ad ce
lum. Erat aũt cor ei⁹: fiduciã ha=
bẽs i dño. Et dixert p̃sbyteri. Cũ
deambularem⁹ i pomerio soli/ i=
gressa est hec cũ duab⁹ puellis: ⁊
clausit ostia pomerij/ ⁊ dimisit a
se puellas. Venitq3 ad eam adole
scẽs q̃ erat abscõdit⁹: ⁊ cõcubuit
E. cũ ea. Porro nos cũ essem⁹ i ãgu
lo pomerij/ videtes iniqtatẽ: cu=
currim⁹ ad eos/ ⁊ vidim⁹ eos pa=
riter cõmisceri. Et illũ qđẽ nequi
mus ꝯphẽdere: qꝛ fortior erat no
bis. Et apto ostio: exiliuit. Hanc
autẽ cũ apphẽdissem⁹: iterroga=
uim⁹ q̃snã esset adolescẽs/ ⁊ no=
luit indicare nobis. Huius rei te=
stes sum⁹. Credidit eis multitu=
do quasi senibus ⁊ iudicibus po=
puli: ⁊ cõdẽnauerũt eã ad mortẽ
Exclamauit aũt voce magna su
sanna: ⁊ dixit. De⁹ eterne q̃ abscõdi
torũ es cognitor/ q̃ nosti oĩa an=
teq̃ fiãt: tu scis qm̃ falsum cõtra
me tulert testimoniũ. Et ecce mo
rior/ cũ nichil horũ fecerim: q̃ isti
maliciose cõposuerũt aduersum
me. Exaudiuit aũt dñs: vocẽ ei⁹.
Cumq3 duceret ad mortẽ: suscita=
uit De⁹ spm̃ pueri iunioris/ cui no
men daniel. Et exclamauit voce
magna. Mũdus ego sum: a san=
guine hui⁹. Et cõuersus oĩs po=
pul⁹ ad eũ: dixit. Quis est iste ser=
mo quẽ tu locut⁹ es? Qui cũ sta= F.
ret i medio eorꝫ dixit. Sic fatui fi=
lij israel/ nõ iudicãtes/ neq3 qđ ve
rum est cognoscẽtes: cõdẽnastis
filiã israel? Reuertimini ad iudi=
ciũ: qꝛ falsũ testimoniũ locuti sũt
aduersus eã. Reuersus ẽ ergo po
pulus cum festinatiõe: ⁊ dixit ad
eos daniel. Separate illos abin
uicẽ ꝓcul: et dijudicabo eos. Cũ
ergo diuisi essent alter ab altero:
vocauit vnũ de eis/ ⁊ dixit ad eũ.
Inueterate dierũ malorũ/ nunc
venerũt pctã tua que opabaris
prius: iudicãs iudicia iniusta/ ino
centes opprimẽs/ ⁊ dimittẽs no=
xios dicẽte dño. Innocentẽ ⁊ iu=
stum nõ iterficies. Nũc ergo si vi
disti eã: dic sub qua arbore vider3
eos colloqntes sibi. Qui ait Sub
cino. Dixit aũt daniel. Recte mẽ=
tit⁹ es: i caput tuũ. Ecce ei ãgel⁹
dñi accepta sẽtẽtia ab eo: scidet te
mediũ. Et amoto eo: iussit venire
aliũ/ ⁊ dixit ei. Semen chanaã ⁊
nõ iuda: species decepit te/ ⁊ ꝯcu=

piscētia subuertit cor tuū. Sic fa
ciebatis filiab⁹ isrl: ꝛ ille timētes
loqbant vob͡. Sed nō filia iuda:
sustinuit iiq̄tatē vraꝫ. Nūc ergo
dic michi: sub qua arbore ꝯphēde
ris eos loquentes sibi. Qui ait.
Sub prino. Dixit aūt ei daniel.
Recte mētit⁹ es ꝛ tu: i caput tuū.
Manet eni āgel⁹ dn̄i gladiū ha
bēs/ vt secet te mediū: ꝛ interfici
at vos. Exclamauit itaq̄ oīs ce
tus voce magna: ꝛ bn̄dixert deū/
q̄ saluat sperātes i se. Et cōsurre
xert aduers⁹ duos p̄sbyteros. Cō
uicerat ei eos dāiel ex ore suo: fal
sum dixisse testimoniū. Fecert q̄
eis sicuti male egerāt aduersus F.
primū: ꝛ iterfecert eos. Et salua
tus est sanguis inoxi⁹: i die illa.
Ps. xxii. Gr. Si ambulē i medio vmbre mortis:
non timebo mala qm̄ tu mecū es dn̄e. V.
Eodē. Uirga tua ꝛ baculus tu⁹: ipa me ꝯsolata
sunt. Euāgeliū. Scd̄m iohannē.

ca. viii A. 
In il. tpe: Perre xit ies⁹ i mōtē oliueti: ꝛ dilu
culo iter venit i tēplū. Et oīs
pp̄ls venit ad eū: ꝛ sedēs do
cebat eos. Ad
ducūt aūt scribe ꝛ pharisei mulie
rem i adulterio dep̄hēsā: ꝛ statue
rūt eā i medio/ ꝛ dixert ei. Magi
ster/ hec mulier modo dep̄hēsa ē:
i adulterio. In lege aūt moyses
mādauit nobis: huiusmodi lapi
dare. Tu ergo q̄d dicis? Hoc aūt
dicebāt tētātes eū: vt posset accu
sare eū. Jesus aūt iclinās se deor
sum: digito scribebat i terrā. Cū

autē p̄seuerarēt iterrogātes eū:
erexit se/ ꝛ dixit eis. Qui sine pctō
est vestrū: prim⁹ i illā lapidē mit
tat. Et iter se iclinās: scribebat i
terrā. Audiētes aūt hec: vn⁹ post
vnū exibāt icipiētes a seniorib⁹.
Et remāsit sol⁹ iesus: ꝛ mulier i
medio stās. Erigēs aūt se ies⁹: di
xit ei. Mulier/ vbi sūt q̄ te accusa
bant? Nemo te cōdēnauit? Que B.
dixit. Nemo dn̄e. Dixit aūt ei ie
sus. Nec ego te ꝯdēnabo. Uade:
et iā ampli⁹ noli peccare. Offr.
Gress⁹ meos dirige dn̄e scd̄m eloquiū tuū: Psal.
vt non dn̄etur mei oīs iniusticia dn̄e. V. cxviii.
Declaratio sermonū tuorum illuminat: Eodē.
et itellectū dat paruulis. Secr.
Efficiat hec hostia q̄s dn̄e
solēnib⁹ grata ieiunijs: ꝛ vt tibi
fiat acceptior: purificat͡ mētib⁹
inmolet. p. Pref. Qui corporali
ieiunio. Cōio. Nemo te cōdemnauit Johā.
mulier: nemo dn̄e. nec ego te condēnabo: viii.
iam amplius noli peccare. Postcōio.
Quesumus omps deus: vt
inter eius membra nume
remur: cuius corpori cōmunica
uim⁹ et sanguini iesu xp̄i filij tui
dn̄i nr̄i. Qui tecū. Sup populū.
Humiliate capita vestra deo. or.
Pretende dn̄e fidelib⁹ tuis
dexteram celestis auxilij:
vt te toto corde pquirant: ꝛ que
digne postulāt/ cōsequi merean
tur. p. d. ¶ Dn̄ica media quadra
gesime. Ad missam. Officium.


Letare hierl͡z ꝛ cō Uox ē
uentū facite oēs q̄ ecclesie
diligit͡ dn̄z: gau ex esaie
dete cū leticia q̄ in ca. vlt.
tristicia fuist͡: vt
exultet͡ ꝛ satiemi

ni ab vberib⁹ ꝯsolatiõis vr̃e. ps.
ps.cxxi Letatus sum i his que dicta sunt michi:
in domum dñi ibim⁹. Oratio.
Concede q̃s oṗs deus: vt q̃
ex merito nr̃e actõis affligimur:
tue gratie consolatione respire-
mus. p.d. Ad galathas.
ca.iiii. Fratres: Scriptũ est: q̃m
C. abrahã duos filios habuit. Vnũ
de ãcilla: ⁊ vnũ de libera. Sed q̃
de ancilla: scd̃m carnẽ natus est.
Qui aũt de libera: p repromissio
nem / q̃ sũt p allegoriã dicta. Hec
eni sũt: duo testamẽta. Vnũ q̃dẽ
in mõte syna / in seruitutẽ gene-
D rãs: q̃ est agar. Syna eni mons
est i arabia q̃ ꝯiunct⁹ est ei / q̃ nũc
est hierusalẽ: ⁊ seruit cũ filijs suis
Illa aũt q̃ sursũ est hierl̃m libera
est: q̃ est mat̃ nr̃a. Scriptũ est eni
Letare sterilis q̃ nõ paris: erũpe
et clama q̃ nõ parturis / q2 multi
filij deserte magis q̃ ei⁹ q̃ habet
vir. Nos aũt fratres: scd̃3 ysaac
ꝓmissiõis filij sum⁹. S3 quomõ
tunc is q̃ secundũ carnẽ nat⁹ fue
rat: ꝑsequebat̃ eũ q̃ secundũ spiri
tum / ita ⁊ nũc. Sed q̃d dicit scri-
ptura? Eijce ancillã: ⁊ filiũ eius.
Non enim heres erit filius ancil
le: cum filio libere. Itaq3 fratres /
non sumus ancille filij: sed libere
Qua libertate: xp̃s nos liberauit
ps.cxxi. Gr. Letatus sum in his que dicta sunt
Eodẽ. michi: in domũ dñi ibim⁹. V. Fiat pax in
virtute tua: ⁊ abundãtia in turrib⁹ tuis.
Psal. Qui confidunt in dño Tract⁹.
cxxiiii. sicut mons syon: non cõmouebi-
tur ineternum qui habitat in hierusalẽ.
Eodẽ. V. Montes in circuitu eius: et dñs in cir-
cuitu populi sui: ex hoc nunc et vsq3 in se-
culum. Secundum Johannem.



In illo tp̃e c.vi.A.
Abijt ie-
sus trãs mare
galilee qd̃ ẽ ty-
beriadis: ⁊ seq̃-
bat̃ eum multi
tudo magna /
q2 videbant si-
gna que facie-
bat: super his qui infirmabãtur.
Subijt ergo i montẽ iesus: ⁊ ibi
sedebat cũ discipulis suis. Erat
autẽ ꝓximu3 pascha: dies festus
iudeorũ. Cũ subleuasset ergo ocu-
los iesus ⁊ vidisset q2 multitudo
maxima venit ad eum: dixit ad
philippũ. Vnde ememus panes
vt manducent hi? Hoc autẽ dice-
bat: tentãs eum. Ipse enim scie-
bat: quid esset facturus. Respon-
dit ei philippus. Ducentorũ de-
nariorũ panes non sufficiũt eis:
vt vnusquisq3 modicũ quid acci-
piat. Dixit ei vnus ex discipulis
eius: andreas frater symonis pe
tri. Est puer vnus hic / qui habet
quinq3 panes ordeaceos: ⁊ duos
pisces. Sed hec q̃d sunt inter tan
tos? Dixit ergo iesus. Facite ho-
mines discũbere. Erat autẽ fenũ B.
multũ: in loco. Discubuerunt er-
go viri: numero quasi quinq3 mi
lia. Accepit ergo iesus panes: et
cum gratias egisset / distribuit di
scumbẽtib⁹. Similiter ⁊ ex pisci-
bus: quantũ volebãt. Vt autem
impleti sunt: dixit discipulis suis
Colligite que superauerũt frag-
menta: ne pereãt. Collegerũt er-
go ⁊ impleuerũt duodecim cophi-
nos fragmẽtorũ: ex quinq3 pani-
bus ordeaceis / que sup̃fuerũt his

qui manducauerũt. Illi ergo homines cum vidissent q̃ iesus fecerat signum: dicebãt. Quia hic est vere propheta: qui venturus est
psal. in mundũ. Offr. Laudate dñm quia
cxxxiiii benignus est: psallite nomini eius quoniã suauis est/ omnia quecunq; voluit fecit in celo ⁊ in terra. Secreta.

Annue nobis q̃s dñe: vt ⁊ diuinis semp solẽnitatibus occupemur: ⁊ mysterijs sacris mẽte pariter congruamur ⁊ corpore.
psal. Per. Prefa. quotid. Cõio. Hierusa
cxxi. lem que edificat̃ vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. illuc enim ascẽderunt tribus tribus dñi: ad confitendum nomini tuo dñe. Postcõio.

Da nob; q̃s misericors de⁹: vt sctã tua q̃bus icessanter explemur: sinceris tractem⁹ obseq̃is/ et fideli semp mẽte sumam⁹. p d.

¶Feria.iij. post Letare. Officiũ.

ps. liii. Deus in noie tuo saluũ me fac: ⁊ i virtute tua iudica me/ de⁹ exaudi
Ibidẽ. orõnẽ meã. ps. Qm̃ alieni isurrexerũt aduersũ me: ⁊ fortes q̃sierũt aiam meã. Flectam⁹ geñ. Le. or.

Presta q̃s oĩps de⁹: vt obseruatiões sacras annua deuotiõe recolẽtes: ⁊ corpe tibi placeam⁹ ⁊ mẽte. p. Lctõ libri regũ.
iii. ca.
Hic cõmittat dyacon⁹ patenã sacerd. deosculãs manum eius: et sacerdos deosculetur patenam postea ponat ad sinistrũ oculũ/ deinde ad dextrum: postea faciat crucem cũ patena vltra caput: et tũc reponat eã in locũ suũ: di.

Da propicius pacem ĩ diebus nr̃is: vt ope mĩe tue adiuti: et a pctõ sim⁹ semper liberi: ⁊ ab omni perturbatione securi. Hic discoopiat calicẽ et sumat corpus cum inclinatione: transponẽs ĩ cõcauitate calicis/ retinẽdo ĩter pollices ⁊ ĩdices: et frangat ĩ tres partes: prima fractio dum dicitur.

Per eũdẽ dñm nostrũ iesum christũ filiũ tuũ secũda fractio Qui tecum viuit et regnat ĩ vnitate spiritus sancti deus.

Hic teneat duas fracturas in sinistra manu: ⁊ tertiã fracturã in dextera manu in summitate calicis: ita dicens aperta voce.



Per omnia secula seculoꝝ. Chorus respondeat Amen. Hic faciat tres cruces infra calicem cum tertia parte hostie: dicens.



Pax dñi ✠ sit sẽ ✠ p vo ✠ biscũ Choꝛ⁹ rñdeat Et cũ spũ tuo. ad Agnus dei dicẽdũ: accedãt dyacon⁹ ꝛ subdiacon⁹ ad sacer. vterq; a dextris/dyacon⁹ ppioꝛ/subdyaco. remotioꝛ: ꝛ dicãt pꝛiuati

Agnus dei: qui tollis peccata mũdi: miserere nobis

Agnus dei/ qui tollis peccata mũdi: miserere nobis

Agnus dei/ qui tollis pctã mundi: dona nobis pacem

In missis p defũctꝭ dr̃ hoc modo

Agnus dei: qui tollis peccata mũdi: dona eis reqem

cũ hac additõe: in t̃tia repetitõe sempiternã. Hic cruce signando deponat dictã tertiã ptẽ hostie i sacramentũ sanguinis: dicens.

Hec sacro ✠ sctã cõmixtio coꝛpis et sanguĩs dñi nr̃i iesu xp̃i fiat michi oĩbusq; sumẽtib⁹ sal⁹ mẽtis ꝛ coꝛpis: ꝛ ad vitã etnã pmerendã ꝛ capescẽdã pꝛeparatio salutaris. Peñd xp̃ꝫ do. n. am̃

Anteq̃ pax detur: dicat sacerdos hanc oꝛationem.

Domine sctẽ pat ops eterne de⁹: da mihi hoc sacroscttm̃ coꝛp⁹ ꝛ sanguinẽ filij tui dñi nr̃i iesu xp̃i ita digne sumere vt merear p hoc remissionẽ omniũ

pctõꝝ meoꝝ accipe ꝛ tuo sctõ spũ reple ri: et pacẽ tuã hr̃e: qꝛ tu es deꝰ solꝰ/et ꝑter te nõ est alius cuiꝰ regnũ ꝛ iperiũ gl'iosuz sine fine ꝑ/ mãet ĩ scl'a scl'oꝝ. ã.

Hic deosculet' sacerd̃. corꝑalia in dextera ꝑte ꝛ summitatẽ calicis ꝛ postea diaconꝰ dicat. Pax tibi ꝛ eccl'ie dei. R̃nsio. Et cũ spũ tuo Dyaconꝰ a dextrꝫ sacerdotꝫ ab eo pacem recipiat: ꝛ subd̃. porri- gat. Deinde ad gradũ chori ipe dyaco. pacẽ portet rectoribꝰ cho ri: ꝛ ipi pacẽ choro portẽt vterqꝫ sue ꝑti icipiẽs a maioribꝰ. In fe stis v̾o ꝛ fer̃. qñ chorꝰ non regit': pax a dyacono cho. apportat' ꝑ duos extremos de. ij. forma: ce- tera sicut priꝰ Post pacẽ datã di cat sacer. orõẽs seq̃ntes priuatĩ anteq̃ se cõicet: tenẽdo hostiam

DEus pa (duabꝰ manibꝰ ter fons ꝛ origo totiꝰ bo- nitatis: q̃ ductꝰ mĩa vnigenitũ tuũ ꝑ nobis ad ĩfima mũdi de- scẽdere ꝛ carnẽ sumere voluisti: quã ego indignus hic in mani- bus meis teneo. Hic iclinet se sa- cerdos ad hostiã: dicẽs.

TE adoro/te gl'ifico/ te to ta mẽtis ac cordis itẽtione lau- do: ꝛ ꝑcor: vt nos famulos tuos nõ deseras: sꝫ pctã nr̃a dimittas quatenꝰ tibi soli viuo ac v̾o deo puro corde ꝛ casto corpore: serui re valeamus. Per eundem do- minum nostrum. Amen.

DOmĩe iesu chri- ste fili dei viui qui ex volũtate patris cooperãte spiritu sctõ: ꝑ mortẽ tuam mũdũ viuificasti: libera me queso ꝑ hoc sacrosctm̃ corpꝰ ꝛ hũc sãguinẽ tuũ a cũctis iniq̃tatibꝰ meis: ꝛ ab vniuer- sis malis: ꝛ fac me tuis semꝑ obedire mãdatis: ꝛ a te nũ q̃ ĩ ꝑpetuũ separi ꝑmittas: saluator mũdi. Qui cũ deo pr̃e ꝛ eodẽ spũ sctõ

viuis et regnas in
secula seculorum. Amē.
Corporis et san
guinis tui dñe iesu
xpe sacramētū qđ
licet īdign⁹ accipio
nō sit mihi iudicio
et cōdēnatiōi: sꝫ tua
psit pietate corpis
mei et aīe saluti. ā.
Ad corpus dicat cum humilia-
tione anteq̄ percipiat.
Aue in eternū
sāctissima caro chri
sti: michi ante om-
nia et super omnia
sūma dulcedo. Cor
pus domini nostri
iesu christi sit mi-
chi peccatori via et
vita. In no✠mi-
ne patris et filij: et
spiritussctī. Amen
Hic sumat corpus cruce prius fa
cta cū ipso corpore ante os. De-
inde ad sanguinem: cū magnā
deuotione dicens.
Aue in eternū celestis po-
tus michi ante omnia: et
super omnia summa dulcedo.
Corpus et sanguis domini no-
stri iesu christi: prosint michi pec
catori ad remedium sempiter-
num in vitam eternam. Amen.
Hic sumat sanguinē: quo sum-
pto inclinet se sacerdos / et dicat
hanc orationem.
Gratias tibi a-
go domine sctē pa-
ter omnipotēs eter
ne deus: qui me re
fecisti de sacratissi-
mo corpore et san-
guie filij tui domi-
ni nostri iesu chri-
sti et precor: vt hoc
sacramentum salu
tis nr̄e qđ sumpsi
indignus pctōr nō
vēiat mihi ad iudi-

ciū: neq ad condē-
nationē pro meri-
tis meis: sz ad pfe-
ctū corporis mei et
anime saluti in vi-
tā eternā. Amen.

Qua dicta: eat sacerd. ad dextrū cornu altaris cū calice iter manus digitis adhuc coniunctis sicut prius: et accedat subdya. et effundat in calicē vinū et aquā: et resinceret sacerdos manus suas ne alique relique corporis vel sāguinis remaneāt in digitis vel i calice. Cum vero aliqs sacerdos debet bis celebrare i vno die: tūc ad primā missā nō debet pcipere ablutionē vllā: sed ponere i sacrario/ vel i vase mūdo vsq i finē alterius misse: et tūc sumat vtraq ablutio Post primā ablutionē dr hec or.

Quod ore sum-
psim' dñe pura mē-
te capiamus: et de
munere tēporali fi-
at nobis remediuz
sempiternum.

Hic lauet digitos in cōcauitate calicis cū vino ifuso a subdyacono: quo hausto sequatur oratio

Hec nos cōio dñe
purget a crimine:
et celestis remedij
faciat esse cōsortes.

Post perceptionem ablutionum ponat sacerdos calicem sup patenam: vt si quid remaneat stillet: et postea iclinādo se dicat. **Adoremus crucis signaculū: per qd salutis sumpsimus sacramentū.** Deīde lauet man'. dyacon' iterum corpalia cōplicet. Ablut; manibus et redeūte sacerdote ad dextrū cornu altaris: dya. calicē porrigat ori sacerdotis si qd ifusiōis i eo remāserit resumēdū. Postea vero dicat cū suis ministris cōionem. Deīde facto signo crucis in facie vtat se sacerdos ad pplz: eleuatisq aliquantuluz brachys et iunct; manib' dicat **Dñs vo.** et iterū reuertēs se ad altare dicat. **Orem'.** Deīde dicat postcōionē iuxta nūer et ordinē an dictarū orōnū an epłam. Finita vltima postcōione fctōq signo crucis in frōte: iter vtat se sacer. ad pplm et dicat **Dñs vo.** Deīde dyacon' **Bñdicam' dño.** Alio vero tpe dr **Ite missa est.** Quotiēscūq enim dicit **Ite missa est.** semp dicitur ad populū conuertendo. Et cum dici debeat **Benedicamus dño.** vel **Requiescāt in pace.** cōuertendo ad altare dicit. His dictis sacerdos inclinato corpore: iūctisq manibus tacita voce corā altari in medio dicat hanc orationem.

Preces in prostratione.

PLaceat tibi sācta trinitas obsequiū seruitutis mee ꝫ p̄stā: vt hoc sacrificiū qđ ocl'is tue maiestatis īdign⁹ obtuli: tibi sit acceptabile/michiq₃ ꝫ oīb⁹ illis ꝓ q̄b⁹ illđ obtuli / sit te miserāte ꝓpiciabile. Qui vi. Qua finita: erigat se sacerdos signās se in facie sua dicēs In noīe pr̄is. ꝫc. Et sic īclinatiōe facta eo ordie quo prius accesserat ad altare ī principio misse sic īduti cū cerofer. ꝫ ceteris ministris redeāt. Et stati post Deo grās. īcipiat ī choro hora. ix. q̄ñ post missā dr̄. Sacerdos vero ī redeūdo dicat euāge. In principio Cū vō sacerdos exuerit casula et alia īdumēta sacerdotalia dicat p̄os subscriptos cū ān. Triū puerorum. p̄. Bn̄dicite sacerdotes. vsq₃ ad finē cātici. p̄s. Laudate dn̄m in sc̄tis. tot⁹. p̄s. Nūc dimitt₃. cū Gl'ia pr̄i. Sicut erat. Deīde dr̄ tota ān. Triū pueroꝝ cātem⁹ hymnū: quē cātabāt in camino ignis bn̄dicētes dn̄m. Kyriel. Xp̄e el. Kyriel. Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera. Bn̄dicam⁹ patrē et filiū cū sc̄tō spū. Laudem⁹ et superexaltem⁹ eū ī secula. Bn̄dict⁹ es dn̄e ī firmamēto celi. Et laudabilis et gl'iosus ī sc̄l'a. Bn̄dicat ꝫ custodiat nos trinitas sc̄tā. Amē. Nō itres ī iudiciū cū seruo tuo dn̄e. Qr̄ nō iustificabit in cōspectu tuo oīs viuēs. Dn̄e de⁹ virtutū ꝯuerte nos. Et ostēde faciē tuā ꝫ salui erim⁹. Dn̄e exaudi. Et clamor. Dn̄s vobiscū. Et cū spū tuo. Oꝛ.

DE⁹ q̄ trib⁹ pueris mitigasti flāmas igniū: ꝯcede ꝓpici⁹: vt nos famlos tuos nō exurat flāma viciorū. Per xp̄m. Orō.

URe igne sācti spūs renes nr̄os ꝫ cor nr̄m dn̄e: vt tibi casto corpore seruiam⁹/et mūdo corde placeam⁹. Orō.

ACtiōes nr̄as q̄s dn̄e aspirādo p̄ueni et adiuuādo ꝓseq̄re: vt cūcta nr̄a opatio ꝫ a te semp īcipiat/ꝫ per te cepta finiat. Et finiāt he tres orones sic Per xp̄m dn̄m nr̄m. Amē. Et sciēdū est q̄ ī oī mis. q̄ñ de fer. dr̄: fiat ꝓstratio a toto choro stati post Sc̄tus. vsq₃ Pax dn̄i. per totū ānū nisi a pascha vsq₃ De⁹ oīm. ¶ Notādū est q̄ a Dn̄e ne ī ira vsq₃ ad cenā dn̄i. et a De⁹ oīm. vsq₃ ad vigiliā natiui. dn̄i dr̄r iste p̄ces seq̄ntes ad missā tm̄ ī ferijs ꝫ fer. iij. ꝫc. sine regimine chori/ꝫ ī oc. ꝫ ītra q̄ñ chorus nō regit Et dr̄r post Per oīa sc̄l'a sc̄l'orū. et pr̄ nr̄. īnter Per oīa sc̄l'a sc̄l'orū. et Pax dn̄i. sacerdote sic dicēte Per oīa secula seculoꝝ. Et choro respondēte Amē. Statim incipiat chorus preces ī prostratione hoc modo. p̄s.

DEus venerūt gētes ī hereditatē tuā: polluerūt tēplū sc̄tm̄ tuū/posuerūt hierusalē in pomorum custodiā. Posuerunt morticina seruorū tuorū escas volatilib⁹ celi: carnes sanctorū tuorū bestijs terre. Effuderūt sāguinē eoꝝ tāq̄ aquā ī circuitu hier'l'm: et non erat qui sepeliret. Facti sumus opprobriū vicinis nostris: subsannatio et illusio his q̄ in circuitu nr̄o sunt. Usq₃ quo dn̄e irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus. Effunde iram tuam in gētes que te non nouerunt: et in regna que nomen tuum non inuocauerunt. Quia comederūt iacob: et locū eius desolauerunt. Ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū:

cito anticipent nos misericordie tue quia pauperes facti sum⁹ nimis. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriã nominis tui dñe libera nos/⁊ propici⁹ esto peccatis nostris propter nomen tuum. Ne forte dicãt in gẽtibus ubi est deus eorũ: ⁊ innotescat in nationib⁹ corã oculis nostris. Ultio sanguinis seruorũ tuorũ qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus cõpeditorum. Secundũ magnitudinem brachij tui: posside filios mortificatorũ. Et redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ: improperium ipsorũ quod exprobrauerũt tibi dñe. Nos autẽ populus tu⁹ et oues pascue tue: confitebimur tibi in seculum. In generatiõe et generationẽ: annunciabimus laudẽ tuã. Gloria patri.

Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suũ super nos et misereatur nostri. Ut cognoscamus in terram viam tuam: in oĩbus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi deus: cõfiteantur tibi populi omnes. Letẽtur ⁊ exultent gẽtes quoniã iudicas populos in equitate: ⁊ gẽtes in terra dirigis. Cõfiteant tibi populi deus confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructũ suum. Bñdicat nos de⁹ de⁹ noster/benedicat nos deus: et metuant eũ omnes fines terre. Gloria pr̃i.

Domine in virtute tua letabitur rex: ⁊ super salutare tuũ exultabit vehemẽter. Desideriũ cordis eius tribuisti ei: et volũtate labiorũ eius non fraudasti eum. Quoniã p̃uenisti eũ in benedictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide p̃cioso. Uitã petijt a te ⁊ tribuisti ei: longitudinẽ dierũ in seculũ / ⁊ in seculũ seculi. Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo: gloriam et magnũ decorẽ impones sup eum. Quoniã dabis eum in benedictionẽ in seculũ seculi: letificabis eum in gaudio cũ vultu tuo. Quoniã rex sperat in dño: et in mĩa altissimi non cõmouebitur. Inueniat manus tua oĩbus ĩimicis tuis: dextera tua inueniat oẽs qui te oderunt. Pones eos vt clibanũ ignis in tẽpore vult⁹ tui: dñs ĩ ira sua ꝯturbabit eos / et deuorabit eos ignis. Fructũ eorũ de terra p̃des: et semen eorũ a filijs hoĩm. Quoniã declinauerũt in te mala: cogitauerũt cõsilia que non potuerunt stabilire. Quoniam pones eos dorsum: in reliq̃s tuis preparabis vultũ eorũ. Exaltare dñe in virtute tua: cantabim⁹ ⁊ psallemus virtutes tuas. Gloria pr̃i.

Añ. Tua est potẽtia tuũ regnũ dñe/ tu es sup oẽs gentes: da pacẽ dñe in diebus nostris. Kyrie eleyson. Christe eleysõ. Kyrie eleyson. Pater noster. Et hec oĩa sine nota dicunt: tam a clericis ĩ choro/q̃ a sacerdote/cum suis ministris. Deĩde dicat sacerdos cum nota. Et ne nos. Sed libera. Exurgat deus et dissipentur inimici eius. Et fugiant qui oderũt eũ a facie eius. Non nobis dñe nõ nobis. Sed nomini tuo da gloriã. Oremus pro afflictis ⁊ captiuis Libera de⁹ israel ex oĩb⁹ tribulationib⁹ eorum. Mitte eis dñe auxilium de sancto. Et de syõ tuere nos. Esto nobis do-

mine turris foꝛtitudinis. A facie inimici. Domine saluum fac regem. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. Domine exaudi oꝛationem meam. Et clamoꝛ meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oꝛemꝰ.

Deus qui admirabili pꝛouidentia cuncta disponis te suppliciter exoꝛamus: vt terrā quam vnigenitꝰ filius tuus pꝛopꝛio sanguine cōsecrauit/ de manibus inimicoꝛū crucis chꝛisti eripiens restituas cultui chꝛistiano vota fideliū ad eius liberationē instantium: misericoꝛditer dirigendo in viam pacis eterne. Per xp̄m dn̄m nostrū. Amē. Oꝛatio.

Rege quesumus dn̄e famulum tuum pontificem nostrum et intercedēte beata dei genitrice semperq̄ virgine maria cum omnibus sanctis tuis gratie tue dona in eo multiplica: vt ab omnibus liberetur offensis: ⁊ tēpoꝛalibꝰ nō destituat auxilijs/ et sempiternis gaudijs īstitutis.

Da quesumus om Oꝛatio. nipotēs deꝰ/ famulo tuo regi nostro salutē mentis et coꝛpoꝛis. vt bonis operibus inherēdo: tue semper virtutis mereat protectiōe defendi. Per eundem xp̄m dn̄z nostrū Amē. Sequatur Pax domini sit semper vobiscū.

¶ In fine misse dicit vnus istoꝛū cantuū pꝛo dispositiōe cantoꝛis.



Benedica mus domino




Benedica mus domino.



Benedi ca mus domino.



Bene dica mus domino.



Be nedica mus domino.




Benedica mus do



mi no.



Benedica mus




do mino.



Benedica mus do mi no.




Benedicamus do mino.



Benedicamus do mino.

In fes. iij. ke. dr̄ vnꝰ istoꝛū cātuū quādocumq̄ dicitur in fine misse.



Ite missa ē.



I te missa est.



I te mis sa est.



I te mis sa est.

In vig. pasc. et pẽthec. dicitur hic cãt⁹. I te ..... missa est.

Notãdũ ẽ: q̃ qñcũq; cãt⁹ istoꝝ sequẽtiũ dicit̃ sup **kyrieleysõ.** deẽ etiam cãtus sequatur super **Ite missa est** p̃ro dispositiõe dyaconi

I te Deus creator. mis sa est.


I te kyrie Rex genitor. missa est

I te kyrie Fons bonitatis.

mis sa est.

I te kyrie Omnipotẽs missa est


I te kyrie Rex splendens.



missa est



I te Lux et origo. missa est.



I te Cunctipotens.



missa est.



I te Conditor kyrie mis sa est



I te Orbis factor.



missa est.

In oib⁹ ferijs per annũ ⁊ in vigilijs quattuor tẽporũ / exceptis vigilijs pasche et pẽthe. ⁊ in ebd. pẽthecostes dicat̃ / et i missa **Salus populi.** de cruce / ⁊ in oibus festis triũ lectionuꝫ sine **Te deum laudamus.** in quibus dicitur nocturnus. dicatur hic cantus.



Benedicamus domino.

In oibus mis. p defunctis dẽ hic cãtus.



Requiescãt i pace. Amẽ.



Incipit pprium festiuitatum sanctorum ad consuetudinem ecclesie Sar.

Et prio in vigilia scti Andree apostoli Ad missam Officium.

Mat. iiij. C. Ominus secus mare galilee/ vidit duos fratres: petrũ et andream: et vocauit eos: venite post me/ faciã vos fieri piscatores hominũ. ps. Celi enarrãt gloriam dei: et opera manuũ ei9 annũciat firmamẽtũ. Oro.

p. xviij

Quesum9 ops de9: vt btũs andreas apls/ tuũ p nobis iplozet auxiliũ: vt a nostris reatib9 absoluti: a cũctis etiã periculis eruamur. Per. Oro. fiat de mar. saturnini/ atq3 sisinnij/ si ante aduentũ hec vigilia contigerit: si infra nequaq̃. Oro.

Deus q̃ nos btõr martyr tuor saturnini atq3 sisinnij ccedis natalicijs pfrui: eorũ nos tribue merit3 adiuuari. p d. Epla Benedictio dñi. vt in cõi. fol. i. Gr. Nimis honorati sunt amici tui de9: nimis cfortat9 est pricipat9 eor. Psal. cxxxviij

V. Dinumerabo eos: et sup arenã multiplicabuntur. Si hec vigil. in dñica eueñ. dr seques Alla. V. In oem terrã exiuit son9 eor: et i fines orbis terre vba eor. Et dicat missa in caplo Et hoc i oib9 missis pprijs de vigil. que in dñica cõtingunt/ obseruet: nisi in vigil. nati. dñi tãtum. Euãgeliũ Scdm iohãnẽ. Ibidẽ. p. xviij Joh. i.

In illo tpe. Stabat iohãnes: et ex discipls ei9 duo. Et respicies iesũ ãbulãtẽ: dixit. Ecce agnus dei. Et audierũt eũ duo discipli loquẽtẽ: et secuti sũt iesum. Cõuersus aũt iesus: et videns eos sequentes se: dixit eis. Quid q̃rit3? Qui dixert ei. Rabbi: qd dicit interptatũ magister Ubi habitas? Dixit eis. Uenite et videte. Uenerũt et viderũt vbi maneret: et apud illũ mãsert die illo. Hora eñ erat quasi decima. Erat aũt andreas frater symonis petri/ vn9 ex duob9/ q̃ audierãt a iohãne: et secuti fuerãt eũ. Inuenit hic primũ fratrẽ suũ symonẽ: et dixit ei. Inuenim9 messiã: qd est interptatũ xps. Et adduxit eũ ad iesũ. Intuit9 aũt eũ iesus: dixit. Tu es symon filius iohanna: tu vocaberis cephas/ qd iterpretat petr9. In crastinũ aũt voluit exire in galileã: et inuenit philippũ. Et dixit ei iesus. Sequere me. Erat autẽ philip-

pus a bethsaida ciuitate andree/ et petri. Inuenit philippus nathanael: et dixit ei. Quem scripsit moyses in lege & pphete: inuenimus iesum filium ioseph a nazareth Et dixit ei nathanael. A nazareth potest aliqd boni esse. Dixit ei philippus. Ueni & vide. Uidit iesus nathanael venientem ad se: & dixit de eo. Ecce vere israelita: in quo dol' non est. Dixit ei nathanael. Unde me nosti? Rndit ies': & dixit ei. Priusq te philipp' vocaret cum esses sub ficu: vidi te. Respondit ei nathanael: & ait. Rabbi/ tu es fili' dei: tu es rex israel. Rndit iesus: & dixit ei. Qr dixi tibi vidi te sub ficu/ credis: maius his videbis. Et dixit eis. Amen amen dico vobis: videbitis celum apertum et angelos dei ascendentes & descendentes: supra filium hois.

ps. viii Offer. Glia & honore coronasti eum: & constituisti eum super opa manuum tuarum dne.

Sacrandum tibi dne Secre. munus offerimus: quo bti andree apli tui solennia/ ieiuniis & devotis officiis recolentes: purificationem quoq nris mentib' imploram'. Per d. i vni. Alia secr.

Oblatum tibi dne mun'/ pro btorum martyrum tuorum saturnini atq sisinnii passione ppici' assume: qd eorum intercessione maiestati tue fiat acceptum. Prefa. quotidiana. Coio. Dixit andreas symoni fratri suo: inuenim' messia/ q dicit xps: & adduxit eum ad iesum. Postco.

Joh. i. F.

Perceptis salutaribus sacramentis/ humilit te dne depcamur: vt intercedente bto andrea aplo tuo/ q p illi' veneranda egimus solennitate: nobis pficiant ad salutem. Per d. Alia postcoio.

Ut hec communio nos dne tua visitatione dignos efficiat/ vti saturnini martyris tui sociorumq ei': pia qs intercessio/ semp imploret. Per d. In vnita.

¶ In die sancti Andree. Offm.



Michi aut nimis honorati sunt amici tui de': nimis confortatus est pricipat' eorum. ps. Dne probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Glia patri. Si extra aduentum contigerit: dr Gloria in excelsis. Si vero infra/ non dr: sed post or. scz Maiestatem. fiat meoria de aduentu: & de scta maria. Et hoc in oib' festis sctorum/ que infra aduentum contigerint/ obseruetur. Oro. — Psal. cxxxviii / Ibidem

Maiestatem tuam dne suppliciter exoramus: vt sicut ecclie tue btus andreas apls extitit pdicator & rector: ita apud te sit p nobis ppetu' intercessor. p. Ad rom.

Fratres. Corde credit ad iusticiam: ore aut confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura. Ois q credit in illum: non confundet. Non enim est distinctio iudei & greci. Nam idem dns oim: diues in oes/ qui inuocant illum. Ois enim quicumq inuocauerit nomen dni: salu' erit. Quomo ergo inuocabunt: in quem non crediderunt? Aut quo credent ei: quem non audierunt? Quomodo aut audient sine pdicante? Quomodo vero pdicabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est: q speciosi pedes euangelizantium pacem/ euange — Ca. x. C.

lizātiū bona. Sed nō oēs obedi
unt euāgelio Esaias enim dicit
Dñe: qs credidit auditui nro.
Ergo fides ex auditu: audit⁹ au
tē p vbū xpi. Sed dico Nūqd nō
audierūt? Et qdē i oēm terrā exi
uit son⁹ eorū: et in fines orbis ter
re vba eorū. Grad. Constitues eos
ps. xliiii principes sup oēm terrā: memores erūt
nominis tui dñe. V. Pro patrib⁹ tuis na
ti sūt tibi filii: ppterea populi ꝯfitebunt
Ecclie tibi. Alleluya. V. Dilexit andreā dñs:
xlv. in odorē suauitatis. Sequē.

Sacrosācta hodierne festi-
uitatis preconia. Digna laude
vniuersa cathegoriset ecclesia.
Mitissimi sāctorū sāctissima/ ex-
tollēdo merita. Apostoli ādree/
admirāda prefulgentis gratia.
Hic accepto a iohanne baptista.
Nō venisset/ q tolleret peccata.
Mox ei⁹ intrās habitacula/ au
diebat eloqa. Inuentoqꝫ fratre
suo bariona. Inueīm⁹ ait ouās
messiā Et duxit eū ad dulcifluā
saluatoris p̄sentiā. Hūc pscrutā
tē maria/ xpi vocauit clemētia.
Artē piscādi cōmutās dignita-
te apostolica. Hui⁹ animaꝫ post
clara festi paschalis tēpora. Sā
cti spūs pclara/ plustrauit potē
tia. Ad pdicādū populis penitē-
tiā Et dei patris p filiū clemētiā
Gratulare ergo tāto pre acha-
ya. Illustrata eius salutari do-
ctrina. Honorata multimoda si
gnorū frequentia. Et tu gemēs
plora trux carnifex egea. Te lu-
es iferna/ et mors tenet eterna.
Et ādreā felicia/ p crucē manēt
gaudia. Iā regē tuū spectas: iā
adoras/ iā i ei⁹ cōspectu andrea
stas. Odorē suauitatis iaꝫ aspi
ras: quē diuini amoris aromata
dat Sis ergo nobis iclyta. Dul
cedo spirās itima. Celestis vite
balsama. ¶ Sciēdū ē qꝫ i oib⁹ fe.
ix. lc. vl. iii. lec. cū regimine chori
dicat sequē. ad mis. extra. lxx. vs-
qꝫ ad pasc. nisi i fes. pximorum ꝯfes.
et i fes. scti michaelis i mōte tūba
In oc. vo et ifra: siue fuerint cū
regi. cho. siue non: sequentia ad
mis. nō dr nisi p oc. et in oc. visita.
assūp. et nati. btē marie: et in dñi
ca i fra oc. et i oc. dedicatōis eccle
et in octa. apłorum petri et pauli

Secundum matheum.

In illo tēpore: Ambulans c. iiii. C
iesus iuxta mare galilee/ vidit
duos fratres: symonem q vocat
petr⁹/ et ādreā fratrē ei⁹/ mitten
tes rete in mare. Erāt eni pisca-
tores Et ait illis. Venite post me:
et faciā vos fieri piscatores hoiꝫ
At illi continuo relictis retib⁹:
secuti sunt eū. Et pcedēs īde vi-
dit alios duos fratres iacobū ze
bedei/ et iohānē fratrē ei⁹ i naui
cū zebedeo pre eorū reficiētes re-
tia sua: et vocauit eos. Illi autē
stati relictis retib⁹/ et pre: secuti
sūt eū. Credo. Offr. Michi aūt ni
mis honorificati sunt amici tui deus: ni psal. c. xxxviii
mis cōfortatus ē pricipat⁹ eorū. Secre

Sacrificiū nostrū tibi dñe
qsum⁹ bti ādree precatio
sctā cōciliet: vt cuius honore so-
lenniter exhibetur: eius meritis
efficiatur acceptū. Per dñm. Pre
fatio. Et te dñe. Hec pfatio dr in
oib⁹ fes. apostolorū et euāgelista
rum: et per octa. apostolorum pe-
tri et pauli atqꝫ andree: pterqꝫ in

festo sancti iohānis apostoli in ebdo. natiuitatis dñi: in oct. vero eiusdē dicet / et in fes. eiusdē i
math. pasc. tpe. Cōio. Uenite post me / fa-
iiii. C. ciam vos fieri piscatores hominum: at illi relictis retib9 et naui secuti sūt dñm

Sumpsim9 dñe (Postcōio) diuina mysteria / bti andree festiuitate letātes: que sicut tuis sctis ad gloriam: ita nobis quesum9 ad veniā pdesse perficias. Per dñz. ¶ Per octa. dicit mis. de sctō andrea sicut i prima die: sed sine sequētia et Credo. et nisi missa. Salus populi. restat cantāda: et nisi in sabbatis quā do fit plenū seruitiū de sācta maria: et nisi infra aduē. dñi. Infra aduē. vero nichil fiet de eo / pter memo. vsqz ad octa. diē: tūc eni de eo totū fiat seruitiū: nisi i sabba. vel i dñica cōtigerit: et tūc dē missa de oc. i capi. Qñ vero festū scti andree a dñica differt ifsedāz feriā: tūc in sequēti dñica dicat missa de octa. in capitulo cū vna orone. Similiter quādo festum scti Nicolai a dñica differt in secundā feriā: tūc i ipsa scda feria missa de octa. dicit in capitulo similiter cum vna orone. Eodem modo vna oratio tantū dicitur ad missā q̄ dicitur in capitulo in oct. scti Laurentii: atqz ad mis. de sctā sabia. ¶ Scti osmūdi epi et confes. Ad missam. Officium.

Eccli. xxv. D



Statuit ei domin9 testamentum pacis / et principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas ineternum. Ps. Misericordias domini:
p. lxxx

ineternum cantabo. Oratio. viii.
Omnips sēpiterne de9 q̄ nos bti osmūdi cōfessoris tui atqz pōtificis / hodierna festiuitate letificas: tuā supplices exoramus clemētiā / vt cuius solēnia deuotis officijs veneramur: ei9 pijs suffragijs eterne vite remedia consequamur. Per. Epistola. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis. In cōi. fo. x. Gr.
Jurauit dñs et nō penitebit eū: tu es sacerdos ieternū secundū ordinē melchisedech. V. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Alla. V9. Justus germinabit sicut liliū: et florebit ieternū ante dñz
Po. cix.
Ibidē.
Esaye.
xxv.
Seqntia. Adest nobis. vt in cōi. fo. xj. Euāgeliū. Homo qdā pegre. vt in cōi. fo. xij. Offr. Inueni dauid seruū meū et i oleo sctō vnxi eū: manus eni mea auxiliabitur ei: et brachiū meū cōfortabit eū. Secreta.
P. lxxxviii.

Propiciare dñe q̄s supplicationib9 nris: et itercedēte p nobis btō osmūdo cōfessore tuo atqz pōtifice: his sacramētz celestibus seruiētes: ab oi cłpa liberos esse cōcede: vt purificāte nos grā tua: isdē qb9 famulamur mysterijs / emūdemur. p. Cōio. Dñe quinqz talēta tradidisti michi: ecce alia quinqz suplucrat9 sum: euge serue fidelis. qz i pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituā: itra i gaudiū dñi tui. postcō.
Math. xxv.

Presta q̄s dñe de9 nr: vt diuinis mysterijs expiati: intercedēte btō osmūdo cōfessore tuo atqz pōtifice / ad supni plenitudinē sacramēti: cui9 libauim9 sctā tendamus. Per. d. ¶ Sancti Nicolai episcopi et confessoris. Ad missam. Officium.

ii.

o.cix.

bidē.
saye.
xv.

lxxx-
ii.

Dath.
v.

Eccli. xxiiij. Ego quasi vitis fructificaui suauitatē odoris: & flores mei fruct9 honoris & honestatis Ego mater pulchre dilectiōis & timoris: & magnitudinis & sācte spei. In me oīs grā vie & vitatis: in me oīs spes vite & vtutis Trāsite ad me oēs q̄ ↄcupiscitis me: et a gñationib9 meis implemini. Spūs eni me9 sup mel dulcis: & hereditas mea sup mel & fauū. Memoria mea: i gñatiōe seculor. Qui edūt me adhuc esuriēt: & q̄ bibūt me adhuc sitient. Qui audit me nō cōfundet: & q̄ operātur i me/ nō peccabūt. Et q̄ elucidāt me: vitā etnā habebūt. Gr.

ps. xliiii Eodē. Audi filia & vide & inclina aurē tuam: qz cōcupiuit rex speciē tuā. V. Specie tua & pulchritudine tua: itēde psꝑere pcede & regna. Allā. V. Cōceptio gliose virginis marie ex semie abrahe orta de tribu iuda: clara ex stirpe dauid.

Dies iste celebret: i(Seqn. quo pie recēset marie cōceptio. Virgo mater gñat: cōcipit & creat recta vena vēie. Ade vet9 exiliū: & ioachi opprobriū hinc habēt remedia. Hoc pphete ꝑuiderūt: patriarche ꝑsēsert/ ispirāte grā Virgo florē ↄceptura: stella solē paritura/ hodie ↄcipit Flos de virga pcessurus: sol de stella nasciturus/ xp̄s intelligit. O q̄ felix & preclara: nobis grata deo chara/ fuit hec cōceptio. Terminat miseria: dat mīa/ luct9 cedit gaudio. Noua mr nouā prolē: noua stella nouū solē/ noua profert grā. Gēitorē genitura: creatorē creatura/ patrē parit filia. O mirādā nouitatē: nouā quo q3 dignitatē/ ditat matris castitatē filii ↄceptio Gaude vgo gratiosa: vga flore speciosa/ mater ple gnosa/ plene plena gaudio. Mō ꝑcessit in figura/ nube latet sub obscura: hoc declarat genitura/ semel matris virgo pura/ pariēdi vertat iura/ fusa mirante natura: deitatis pluuia. Triste fuit i eua ve: sz ex eua formās aue: vsa vice sed nō praue: int9 zelās i cōclaue: vbū bonū & suaue: nobis mr vgo faue tua frui grā. Ois hō sine mora laude plena soluēs ora: istā colas ipsam ora: oī die oī hora. Sit mēs supplex vox sonora: sic supplica sic implora huius patrocinia. Tu spes certa miserorū: vere mr orphanorū: tu leuamē oppressor: medicamē ifirmor oib9 es oīa. Te rogam9 voto pari: laude digna singulari: vt errātes in hoc mari nos i portu salutari tua sistat gratia. ¶ Initium scti euāgelij secundum Matheum.

Liber gñatiōis iesu xp̄i filij dauid: filij abraham. c.i.a. Abrahā genuit ysaac. Isaac autē genuit iacob: iacob autē genuit iudā & frēs ei9. Judas autē genuit phares: & zarā de thamar. Phares aūt genuit esrom: esrō aūt genuit arā/ arā aūt genuit amiadab Amiadab aūt genuit naason: naason aūt genuit salmō: salmō aūt genuit booz de raab. Booz aūt genuit obeth ex ruth Obeth aūt genuit iesse: iesse aūt genuit dauid regē Dauid aūt rex genuit salomonem: ex ea q̄ fuit vrie. Salomon

autē genuit roboā: roboā autē genuit abiā: abia autez genuit aza. Aza autē genuit iosaphat: iosaphat aūt genuit iorā: ioraz autē genuit oziā. Ozias autem geñ. ioathā: ioathā aūt genuit achaz: achaz āt genuit ezechiā. Ezechias aūt genuit manassē: manasses autem genuit amon amō aūt geñ. iosiā. Josias autē genuit iechoniā ⁊ frēs ei⁹: i trāsmigratione babylonis Et post trāsmigrationē babylonis: iechonias ge. salathiel. Salathiel aūt genuit zorobabel. zorobabel autez genuit abiud. Abiud aūt genuit heliachim: heliachī autē geñ. azor: azor aūt genuit sadoch. Sadoch aūt genuit achī: achī aūt genuit eliud: eliud aūt genuit eleazar. Eleazar autē genuit mathā: mathā autez genuit iacob: iacob autē genuit ioseph virꝫ marie. De qua nat⁹ est iesus: q̄ vocat̄ xp̄s. Credo.

p. xliiii Offr. Diffusa ē gr̄a i labiis tuis: ppterea bn̄dixit te de⁹ ieternū ⁊ i sclm̄ seculi.

Unigeniti tui dñe Secr. nobis succurrat humāitas: vt q̄ nat⁹ de virgine ītegritatem matris nō minuit: sed sacrauit: i ꝯceptiōis ei⁹ solēnijs a nr̄is nos piaculis exuens: oblationez nostrā sibimet faciat esse acceptā ie⁹ xp̄s dn̄s nr̄. Qui te. Prefatio. Et te i ꝯceptiōe. Cōio.

Eccl̄ia Vera fides geniti purgauit crimīa mūdi: ⁊ tibi virginitas inuiolata manet.

Sumpsim⁹ dñe cele postcō brītatꝫ ānue votiua sacramēta: p̄sta q̄s: vt itercedēte btā maria semp v̄gine: ⁊ tp̄alis vite nobis remedia p̄beant ⁊ etne. p. Nō dr̄, Jte missa ē. Sctē lucie virginis ⁊ mar. Ad missā. Offm̄



Dilexisti iusticiā ⁊ odisti iiq̄tatē: ppterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie p̄e ꝯsortib⁹ tuis. p̄s. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Or. p. xliiii

Eodē.

Exaudi nos de⁹ salutaris nr̄: vt sicut de btē lucie v̄ginis et martyris tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. p. d̄. Ep̄la. Dñe de⁹ me⁹. i cōi. fo. xiiii. Gr. Dilexisti iusticiā et odisti iniq̄tatē. V̄. Propterea vnxit te de⁹ deus tu⁹ oleo leticie. Alla. V̄. Emulor ei vos dei emulatiōe: despōdi ei vos vni viro virginē castā exhibere xp̄o. Seq̄n. Exultem⁹ i hac die. vt in cōi. fo. xv. Euāge. Simile est regnū celorū thesauro. Jn cōi. fol. xv. Offr. Offerētur regi virgines post eā: p̄xime ei⁹ offerentur tibi. Secreta. p. xliiii

ii. Cor. xi. A.

p. xliiii

Gratāter dñe q̄s munera dicāda ituere: q̄ noī tuo p solennitate sctē lucie virginis et martyris tue suppliciter imolamus. p. d̄. Cōio. Diffusa est gr̄a i labiis tuis: ppterea bn̄dixit te de⁹ ieternū. p. xliiii

Sancte lucie virgi postcō. nis et martyris tue / nos dñe q̄s p̄catio tibi grata ꝯsiliet: vt p hec sctā q̄ sumpsim⁹ / salutaria sentiam⁹. p. Jn vigilia sctī thome ap̄li: q̄re oīa i vigilia vni⁹ ap̄li. Jn cōi. fo. f. Si hec vigilia in dñica v̄l i. iiij. fer. v̄l i. vj. fe. v̄l i sabbato quattuor tp̄or euenerit: nihil ad missā fiat de vigi. p̄ter mēoriā: s; i q̄cūq3 alia fe. cōtigerit: de eadē vigilia dicat̄ mis.

p.xliiij

Eodē.

p.xliiij

ii.Cor
xi.A.

p.xliiii

p.xliiii

ps. lxxxviii. ps. Mias dñi: i eternũ cantabo. Orõ.
Spiritũ nobis dñe tue caritatis īfũde: vt itercedēte btõ vvlstano cõfessore tuo atq; põtifice: tuã mereamur dulcedinez i eterna felicitate gustare. p dñz. i vnit. Epla. Ecce sacerdos magnus qui in diebus. vt i cõi
ps. xx. fo. x. Gr. Dñe puenisti eũ in bñdictionib⁹ dulcedis: posuisti i capite ei⁹ coronã
Eodẽ. de lapide pcioso. ℣. Uitã petiit et tribui sti ei: lõgitudinẽ dierꝝ i scłz scłi. Alla.
ps. lxxxviii. ℣. Inueni dauid seruũ meũ oleo sancto meo vnxi eũ. Seqn. Alma cohors vna laudũ. vt i cõi. fo. xj. Euãg. Hõ quidam peregre. i cõmuni.
ps. lxxxviii. fo. xij. Offr. Ueritas mea ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta
Suscipe qs dñe supplicē familie tue mun⁹ oblatũ/ ⁊ qd reaspare nõ audet ꝯsciẽtia: itercedẽte btõ vvlstano/ tua nobis largiat̃ idulgẽtia. p. d. Cõio. Beatus
Mat. xxiiii. D seruus quẽ cũ venerit dñs/ iuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis/ sup oĩa bona sua constituet eum. Postcõio.
Salutaris tui dñe mysterio satiati/ supplices iploramus clemẽtiã tuã: vt p nobis ei⁹ nõ desit orõ: cuius nos donasti gubernari patrocinio. Per dñm.

Sctorum Fabiani ⁊ sebastiani martyrũ. Ad missam. Officiũ

ps. lxxviii.  Intret i cõspectu tuo dñe gemitus ꝯpeditorꝝ: redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ/ vindica sanguinẽ sanctorꝝ
Eodẽ. tuorũ: qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuam: polluerũt templũ sanctũ tuũ posuerũt hierusalem in pomorum custodiam. Orõ.
Deus qui beatos martyres tuos fabianũ ⁊ sebastianum virtute cõstãtie in passiõe roborasti: ex eorꝝ nobis imitatiõe tribue p amore tuo pspera mũdi despicere: ⁊ nulla ei⁹ aduersa formidare. Per do. Epla. Scti p fidem. vt in cõi fo. vi. Gr.
Gloriosus de⁹ in sanctis: mirabilis i maiestate faciẽs pdigia. ℣. Dextra tua dñe glorificata est in virtute: dextera man⁹ tua cõfregit inimicũ. Allã. ℣. Sancti tui dñe bñdicẽt te: gliã regni tui dicent. Exodi xv. A. Eodẽ. psal. cxliiii.
Si hoc fest. ante. lxx. euenerit dicitur sequentia de cõi. Si vo infra: non dicitur Allã. nec sequentia: sed tractus: quod i omnib⁹ fest. ix. lec. obseruet̃/ vsq; ad passionẽ dñi. In fest vo sine regimine chori. nunq̃ dicit̃ tr. sed gr. repetat̃. In fest. autẽ dupl. tam infra passionẽ q̃ extra. dicit̃ tr. nisi in festis purificatiõis/ ⁊ annunciationis beate marie: ⁊ dedicationis. Tractus.
Qui seminant in lachrymis: in gaudio metent. ℣. Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua. ℣. Uenientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos. Euangeliũ Descendens iesus de monte. In psal. cxxix. ⁊ omnia infra.
cõmuni. folio. viij. Offr. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta. ps. cxxxi
Accepta sit i ꝯspectu tuo qs dñe nr̃e deuotiõis oblatio: ⁊ eorum nobis fiat supplicatiõe salutaris: p quorũ passiõe defertur. Per. Cõio. Multitudo lã

luce. vi guentium et quibe vexabātur a spiritibus
C. immūdis veniebāt ad eū: q2 virt9 de illo
exibat et sanabat omnes. Postcōio.
Sacramētoꝝ tuoꝝ dn̄e vn̄ dictiōe satiati: ꝑ beatoꝝ martyrum tuoꝝ fabiani ꝑ sebastiani gl'iosa ꝯfessiōe muniti. te supplicit' exoram9: vt p̄ hec ea dē a cūctis vicijs emūdemur. p. d.
¶ Scte agnetis vgi. ꝑ mar. offm
psal. cxviii. C Me expectauerūt pctōres vt pderēt me: testimonia tua dn̄e itellexi: oīs ꝯsūmatiōis vidi finē: latū mādatū tuū nimis ps. Bti imaculati ivia: q ambulāt i lege
Code. Omnips sēpitne de9/ Or. dni. q ifirma mundi eligis/ vt fortia qq ꝯfūdas: ꝯcede ppici9: vt q vtē agnetis martyris tue solēnia colim9: ei9 apd te patrocinia sētiam9. p. Epl'a. Cōfitebor
p. xliiii i cōi. fo. xiiii. Gr. Diffusa est gr'a i la
et oia i biis tuis: ppterea bn̄dixit te de9 ieternū
fra. V. Propter veritatē ꝑ māsuetudinē ꝑ iusticiam: ꝑ deducet te mirabiliter dextera tua. All'a. V. Ueni electa mea ꝑ ponā te in thronū meū: q2 cōcupiuit rex speciē tuā. Seqn̄tia. Exultem9. in cōi. fo. xv. Si ifra septuagesimā dr̄
Diffusa ē gr'a i labiis (tract9 tuis: ppterea bn̄dixit te de9 ineternū. V. Specie tua ꝑ pulchritudie tua: intēde, psp'e, pcede ꝑ regna. V9. Propter veritatē ꝑ māsuetudinē ꝑ iusticiā: ꝑ deducet te mirabiliter dextera tua. V9. Audi filia et vide ꝑ iclina aurē tuā: q2 cōcupiuit rex speciē tuā. Euāge. Simile ē regnū celoꝝ thesauro. in cōi. fo. xvii. Offr. Offerent' regi virgies post eā: pxie ei9 offerent' tibi i leticia ꝑ exultatiōe: adducētur i tēplū regi dn̄o. Secr.

Suscipe q̄s dn̄e sacrificiū/ cui9 te voluisti dignāter immolatiōe placari/ ꝑ p̄sta: vt itercedēte vtā agnete vgie tua ꝑ martyre/ hui9 opatiōe mādati: vnplacitū tibi nr̄e mētis seruitiū offeram9. Per dn̄m. Cōio. Quinmath. q3 prudētes virgines acceperūt oleū i va xxv. A. sis suis cū lampadib9. media autē nocte clamor fact9 est: ecce spōsus venit/ exite obuiam xp̄o dn̄o. Postcōio.
Diuino refecti libamie q̄s dn̄e de9 nr̄: vt intercedēte beata agnete virgie tua ꝑ martyre: p̄sentis nobis vite subsidiū/ ꝑ etne tribuas repire leticiā. p. ¶ Scti vincētij marty. ad missā offm.
Letabit' iustus in dn̄o p. xliii. et sperabit i eo: et laudabūtur oēs recti cor de. ps. Exaudi de9 oratio Code. nem meā cū deprecor: a timore iimici eri pe animam meam. Oratio.
Adesto dn̄e supplicationi ps. xx. bus nr̄is: vt qui ex iniq̄tate nr̄a et oia reos nos esse cognoscimus: bea infra. ti vincētij martyris tui intercessione liberemur. Per. Epistola.
Beatus vir q in sapiētia. in cōi. p. viij. folio. iiij. Gr. Posuisti dn̄e sup caput p. xx. eius: coronā de lapide precioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei: et volūtate labiorū ei9 nō fraudasti eum. All'a p. xliii. V. Letabitur iustus i domio et sperabit in eo: et laudabūtur omnes recti corde.
Mat. xvi. D. Stola iocūdita (Seqn̄tia tis alleluya. Induit hodie dn̄s militē suū vincētiū. So lito plaudat alacrius/ ꝯcio leta fideliū. Hodie martyr insignis hostiā deo placentē obtulit. Hodie tormentum ignis grauiter

examinat⁹ ꝓtulit. Aiat⁹ ad certamē monitu bti senis. Grauissimis non refugit: exhibere mēbra penis. Ante ducē accersitur: ⁊ de fide cōuenitˀ cōis eccłie. Sed nō cedit blādimētis emollitˀ aut tormētis ei⁹ ptinacie. Illuditur dacian⁹ dū sustiet martyr san⁹: penarū angustias. Dat minister charitatꝫ hostib⁹ exuperatꝫ gñarum copias. Furit igitˀ pfect⁹ et paratˀ ardēs lect⁹: insultātis viscera/ crates vrit aspera. Sudat martyr in agone spe mercedis ⁊ corone: q̄ datˀ fidelib⁹/ p xp̄o certātib⁹. De cui⁹ militia celi gaudet curia. Quia vicit hodie ministros neq̄tie. Ut hunc ergo p patronū consequamur vite donū. In illius die festo chor⁹ nr̄ letus esto. Jocūdū in eccłia: decantās alleluya. Si īfra septuagesimā

ps. xx. et oia infra. Deuenerit: dr tract⁹ seq̄ns Desideriū aie ei⁹ tribuisti ei: ⁊ voluntate labiorū ei⁹ nō fraudasti eū. ℣. Qm̄ pueniisti eū in bn̄dictiōib⁹ dulcedinis. ℣. Posuisti sup caput ei⁹: coronā de lapide p̄cioso. Euāg. Nisi granū frumēti. in cōi. fol. iiij. Offr. Gl̄ia ⁊ honore coronasti eū: ⁊ cōstituisti eūm sup opera manuū tuarum. Secreta.

p. viij.

Gloriosi martyris tui vincētij dn̄e q̄s interuētione hostiā quā offerim⁹ tibi placitā effice/ ⁊ acceptā. Per d. Cōio. Qui vult venire post me: abneget semetipm̄ et tollat

Mat. xvj. D.

crucē suā: ⁊ sequatˀ me. Postcō. Beati vincentij martyris tui dn̄e suffragijs exorat⁹ pcepti sacramēti nos q̄s virtute defende. Per dn̄z. In vnitate spūscti. ¶ In cōuersiōe scti pauli. Offiū.



Letemur omēs i dn̄o hodiernū diē solēniter celebrātes: i quo btūs paul⁹ cōuersiōe sua p̄sentē mūdum decorauit. ps. De illustratiōe sancte p̄dicatiōis: ⁊ de cōuersiōe bti pauli. Or. Eccł. vor.

Deus q̄ vniuersum mūdū vbti pauli apl̄i tui predicatiōe docuisti: da nobis q̄s/ vt qui ei⁹ hodie cōuersionē colim⁹: per eius ad te exēpla gradiamur. p. Sīmeō. de scō p̄iecto mr. Or. Sancti p̄iecti martyris tui nos q̄s dn̄e interuētio gl̄iosa cōmēdet: vt qd̄ nr̄is actib⁹ nō meremur/ ei⁹ precib⁹ assequamur. Per dn̄m. Lctō actuū aplorum.

In dieb⁹ illis. Saulus adhuc spirās minarū et cedis in discip̄los dn̄i: accessit ad p̄ricipē sacerdotū/ et petijt ab eo epistolas in damascū ad synagogas: vt si quos inueniret huius vie viros ac mulieres/ victos pduceret hierusalē. Et cū iter faceret: ꝯtigit vt appropinquaret damasco. Et subito circunfulsit eū lux de celo: ⁊ cadēs i terrā audiuit vocē dicētē sibi. Saule saule/ q̄d me psequeris? Qui dixit. Quis es dn̄e? Et ille. Ego sum iesus: quē tu pseq̄ris. Durū est tibi: contra stimulū calcitrare. Et tremēs ac stupēs: dixit. Dn̄e/ q̄d me vis facere? Et dn̄s ad illum. Surge ⁊ īgredere ciuitatē: ⁊ ibi Act. ix A

dicet tibi quid te oportet facere Viri aũt illi q̄ comitabant cũ eo/ stabãt stupefacti: audiẽtes q̄dẽ vocẽ/neminẽ aũt videtes. Surrexit aũt saul⁹ de terra: apertisq̄ ocl'is nichil videbat. Ad man⁹ aũt illũ trahẽtes: introduxerũt damascũ. Et erat ibi trib⁹ dieb⁹ nõ vidẽs: et nõ mãducauit/neq̄ bibit. Erat autẽ quidã discipul⁹ damasci: noïe ananias. Et dixit ad illũ in visu dñs. Anania. At ille ait. Ecce ego dñe. Et dñs ad eũ. Surge/et vade in vicũ q̄ vocat rect⁹: et q̄re in domo iude saulum noïe tharsensẽ/ecce eñi orat Et vidit virum ananiã noïe/introeũtẽ et iponẽtẽ sibi man⁹: vt visũ recipiat. Respõdit aũt ananias. Dñe audiui a mult; de viro hoc: quãta mala fecerit sãctis tuis in hierusalẽ/et hic habet potestatẽ a p̄cipib⁹ sacerdotũ alligãdi oẽs q̄ inuocãt nomẽ tuũ. Dixit aũt ad eũ dñs. Uade/q̃m vas electionis michi est iste: vt portet nomẽ meũ corã gẽtib⁹ et regib⁹ et filijs isrł. Ego eñi ostẽdam illi: quãta oporteat eũ pro noïe meo pati Et abijt ananias et introiuit in domũ: et imponẽs ei man⁹ dixit. Saule frater/dñs misit me iesus q̄ apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas/et implearis spũ sctõ. Et cõfestĩ ceciderũt ab ocl'is ei⁹ tãq̄ squame: et visum recepit. Et surgens baptizat⁹ est: et cũ accepisset cibũ cõfortat⁹ est. Fuit aũt cũ discipl'is q̄ erant damasci: p dies aliquot. Et cõtinuo ingressus ĩ synagogas p̄dicabat iesu;: q̃m hic est filius dei. Stupebãt aũt oẽs q̄ eũ audiebãt: et dicebant. Nõne hic est qui expugnabat ĩ hierusale; eos q̄ inuocabãt nomẽ istud: Et huc ad hoc venit: vt victos illos duceret ad principes sacerdotũ. Saul⁹ aũt multomagis cõualescebat et cõfundebat iudeos q̄ habitabãt damasci: affirmans q̃m hic est xp̄s. Gr. Qui opatus est petro in apostolatũ: opatus est et michi inter gẽtes/et cognouerũt gr̃am dei que data est michi. V⁹. Gr̃a dei in me vacua nõ fuit: sed gr̃a ei⁹ semper in me mãnet. Alla. V. Magn⁹ sctũs paul⁹ vas electiõis: vere digne est gl'ificãd⁹. Seq̄n.

Solẽnitas sctĩ pauli deuote est recolenda. Quẽ dñs tãta ditauit gr̃a. Ut doctor gentiũ ab oĩ vocet eccl'ia. Agnus de lupo: de persecutore euãgelista. Mutata sunt opa: mutat et onoma/paul⁹ noïat q̄ saul⁹ ante dictus fuerat. Instigat⁹ furia/dirũ virũ vir⁹ efflabat strage seuissima mẽbra xp̄i seuiẽs torq̄bat. Lux etherea quẽ circũfulgẽs visu priuat. Spiritalẽ: s; ei ituitũ donat Colaphizat eũ ne supbiat. Sternit eũ: s; ruentẽ releuat Deiectũ icrepat. Increpãs emẽdat. Fidei doctrinã commẽdat. Defensorẽ eccl'ie ordinat. Impugnator q̄ pri⁹ extiterat. Secreta mystica. Credenti reuelat. Que hoĩ loq̄ nõ licebat. Pri⁹ synagoga quẽ educauerat Postmodu; letat mr̃ eccl'ia. Mysteria. Que nouerat. Per totũ iens orbẽ p̄dicat. Uenit romã: deũ vnũ annũciat. Nero resistit: q̄ colebat ydola. Morte dira. Illũ necat. Mũ=

Gal. i. ij. B.
Eccl.

do exẽplũ/mittit ad astra. Quo nos deus miserãdo pducat. Adiutos pce pauli sãcta. Alleluya. Simtra. lxx. dr tractus sequẽs

Eccl'e vox. Tu es vas electionis sctẽ paule apostole: vere digne es glorificãd⁹. ℣. Predicator veritatis et doctor gẽtiũ i fide et veritate. ℣. Per te oẽs gen

Ex ac. ix. tes cognouerũt grãz dei. ℣. Intcede p nobis ad deũ q̄ te elegit. Scd̃z matheũ

ca.xix. D. In illo tpe: Dixit symõ petrus ad iesũ. Ecce nos reliq̄m⁹ oĩa: et secuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis? Jesus aũt dixit illis. Amen amen dico vobis: q̄ vos q̄ secuti estis me i regñatiõe cũ sederit fili⁹ hois i sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos sup sedes duodeci/ iudicãtes duodeci trib⁹ isrl'. Et oĩs q̄ reliq̄rit domũ vel fratres/ aut sorores/ aut patrẽ/ aut matrẽ/ aut vxorẽ/ aut filios/ aut agros ppt nomẽ meũ: centuplũ accipiet: ⁊ vitã eternã

p. cxxxviii. possidebit. Credo. Offr'. Michi aũt nimis honorificati sũt amici tui de⁹: nimis ɔfortat⁹ ẽ pricipat⁹ eorũ. Secr'.

Beati pauli apl'i tui pcib⁹ q̄s dñe plebis tue dõa sctifica: vt q̄ tibi grata tuo sũt istituto: gratiora fiãt ei⁹ patrocinio supplicãtũ. p. Alia secr'. de sctõ piecto.

Suscipe dñe ppici⁹ orõnez nr̃am cũ oblatiõnib⁹ hostiaꝝ supipositũ: ⁊ vti piecti martyris tui depcatiõe: pietati tue pfice benign⁹ acceptas.

Mat. xix. C. Per. Pref. Et te dñe. Cõio. Amẽ dico vobis q̄ vos q̄ reliq̄stis oĩa ⁊ secuti estis me: cẽtuplũ accipietis ⁊ vitã eternã possidebitis. Postcõmunio

Salutari refecti mysterio quesum⁹ oṗs de⁹: vt q̄ hũc diẽ i vti pauli apl'i tui ɔuersiõe honorabilẽ haberi voluisti: nos quoq̄ ɔuersos a vicijs: i tua semp facias seruitute gratulari. Per.

Alia postcõ. de. s. piecto.

Da nobis q̄s dñe de⁹ nr̄/ vt sicut vti piecti martyris tui solẽnitate pñti gratulamur mysterio: ita ppetuo letemur aspectu Per. ℣. Scti iuliani epi. Offi.

Eccl'i. xxv. D Statuit ei dñs testamẽtũ pacis/ ⁊ principẽ fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas ineternũ. ps. Mias dñi: ineter-

p. lxxxviii. num cantabo. Oratio.

De⁹ q̄ eccl'ie tue vtm̃ iulianũ mirabilẽ tribuisti doctorẽ: cõcede ppici⁹: vt hũc apd̃ te piũ sẽp mereamur hẽre itercessorẽ. p. ℣. Epl'a. Dedit dñs. In cõi. fo. xij.

Eccl'i. xliiii. C. Gr'. Ecce sacerdos. ℣. Nõ est inuent⁹. Al'l'a. ℣. Amauit eum. i cõi. fol'. xi. Euã. Vigilate q̄r nescitis. i cõi. fo. xij. Offr'. Inueni dauid seruum meum. In cõi. fo. xij. Secreta.

Respice dñe q̄s sup hec q̄ tibi offerim⁹: ⁊ vti põtificis iuliani meritis/ ab omnib⁹ nos erue peccatis. Per dñm. Cõio. Vtũs seru⁹. In cõi. fo. xij. Postcõio.

Diuinis nos dñe repleti sacramẽtũ/ supplices depcamur: vt vti põtificis iuliani meritũ/ nos dignos facias celestib⁹ instituti⁹. p. Agnetis. ij. offm̃

p. xliiii Vultũ tuũ depcabũt oẽs diuites plebis adducent regi virgies post eã: prime ei⁹ adducent tibi in leticia et

Eodẽ. exultatiõe. ps. Eructauit cor meum verbũ bonũ: dico ego opa mea regi. Or'.

Deus qui nos annua beate agnetis martyris tue solennitate letificas: da ut quam veneramur officio: etiam pie conversationis sequamur exemplo. p. Epla. Qui gloriatur. i coi. fo. xvi. Gr. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V. Hec est virgo sapiens: quam dns vigilantem invenit. Si hoc festum/ vel aliquod aliud fes. iij. lc. infra lxx. usque ad caput ieiu. evenit. non dr Alla. post epistolam. nec tract. sed gr. cum suo v. tm. Eva. Simile est re. ce. de. i coi. fo. xvi. Offr. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

p.xliiii

p.xliiii

Grata tibi sint quesumus dne munera nostra: quibus scte agnetis virginis tue et martyris: magnifica solennitas recensetur. p. Co. Simile est regnu celorum homini negociatori querenti bonas margaritas: inventa una preciosa margarita dedit omnia bona sua et comparauit eam. Postcoio

Mat. xiii. F.

Sumpta qs dne sctam mysteria nos iterius exteriusque conservent: et intercedente beata agnete martyre tua: perpetuo nobis conferant clementiam et eternam. Per.

Scte batildis regine. Offm

Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio

p.xliiii

Eode.

Beate batildis natalicia venerandam dne qs ecclesia tua devota suscipiat: et fiat magne glificationis amore devotior/ et tante fidei proficiat exemplo. p. d.

Epla. Sapientia vincit. in coi. fol. xvi. Gr. Dilexisti iusticiam: et odisti iniquitatem. V. Propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie. Alla. V. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Eva. Simile est re. ce. the. In coi. fo. xvij. Offr. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione/ adducentur in templum regi dno. Secreta

p.xliiii et oia i fra.

Ut hec munera tibi dne accepta sint scte batildis obtineant merita: que seipsam tibi hostiam vivam/ sanctam et beneplacentem exhibuit. p. Coio. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postco

p.xliiii

Refecti alimonia celesti ops pr qs pietatem tuam: ut intercessione scte batildis/ misericordie tue gratiam consequi mereamur. p. Scte brigide virgi. offi. Vultum tuum deprecabuntur. uts. i officio precedenti. Oro.


Sancte brigide virginis tue dne qs precatio tibi grata nos adiuvet: et tuam nobis indulgentiam poscere non desistat. p. d. Epla. Qui gloriatur. in coi. fol. xvi. Gr. Diffusa est gratia i labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. Eva. Simile est re. ce. de. i coi. fo. xvi. Offr. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi.

p.xliiii et omia infra.

Sacrificiis dne placatus oblatis/ intercedente beata brigida virgine tua: opem tuam nobis qs temporibus nostris clementer impende p. Coio. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: ecce spo-

sus venit: exite obviā xpo dño Postcō.

Beate brigide ỽginis tue pcib⁹ fidelib⁹ tuis dñe suscepta munera suffragent: ꝛ q̄ tibi placuit: nobis imploꝛet auxiliū Per dñm. ¶ In purificatiōe btē marie ỽginis: cātata hoꝛa sexta fiat bñdictio luis solēniter a pōtifice vel a sacer. cappa serica induto / cū aliis idumētis sacerdotalib⁹ sup supmū gradū altaris cōverso ad orientē sic incipiēte.



Dñs vobiscū. Et cū spū. t. Oreᵒ.


Benedic ✠ dñe iesu chꝛiste hāc creaturā cerei supplicātib⁹ nobis / ꝛ ifunde ei p ỽtutē sctē crucis bñdictionē celestē: vt q̄ eā ad repellēdas tenebꝛas humano vsui tribuisti talē signaculo sctē crucis tue foꝛtitudinē ꝛ benedictionē accipiat: vt qbuscūqꝫ locis accensa / sive apposita fuerit: discedat dyabolus ꝛ ꝯtremiscat ꝛ fugiat pallid⁹ cū oib⁹ ministris suis de hītationib⁹ illis: nec psumat ampli⁹ inqetare



serviētes tibi Qui cū deo patre ꝛ



spū sctō vivis ꝛ regnas de⁹ Per



omia secula seculoꝛum. Amen. Et dr̄ oēs orones cū Oremus. sub eodē tono. nō dr̄ Dñs vo. nisi āte p̄mā orōnē tm̄. Oremus

Domie sctē pr̄ ops eterne de⁹ / q̄ oia ex nichilo creasti: ꝛ iussu tuo p opa apum hūc liquoꝛē ad pfectionē cereoꝝ venire fecisti: ꝛ q̄ hodierna die petitionē iusti symeōis iplesti: te huiliter depcamur. vt has cādelas ad vsus hoim / ꝛ sanitatē coꝛpoꝛum ꝛ aiaꝝ pparatas / sive in terra / sive i aq̄s / per invocationē sctī nois tui / ꝛ p itercessionē sctē marie sēp ỽgis / cui⁹ hodie festa devote celebꝛant. ꝛ p pces oiꝫ sctōꝛuꝫ tuoꝝ bn̄ ✠ dicere ꝛ sctifi ✠ care digneris. vt hui⁹ plebis tue q̄ illas honoꝛifice i manib⁹ poꝛtare desiderat: teqꝫ laudando exultare / exaudias voces de celo sctō tuo ꝛ de sede maiestatis tue et ppici⁹ sis oib⁹ clamātib⁹ ad te quos redemisti pcioso sāguie filii tui. Qui tecū ꝛ cū spū sctō vivit ꝛ gl̄iat de⁹: Per oia secula seculoꝛum. Amē. Oremus.

Omps sempit̄ne de⁹ / q̄ hodierna die vnigenitū tuum vlnis sctī symeōis in tēplo sctō tuo suscipiēdū p̄ntari voluisti: tuā supplices depꝛecamur clemētiā. vt hos cereos quos nos famuli tui nois magnificētia suscipiētes gestare cupim⁹: luce accēsos bn̄ ✠ dicere ꝛ sctificare atqꝫ lumie supne bñdictiōis accēdere digneris quatenus eos tibi dño deo nr̄o offerēdo digni ꝛ sctō igne dulcissime tue claritatꝫ succēsi / i tēplo sctō gl̄e tue repn̄tari mereamur



Per eūdē dñꝫ nostrū iesum xpm



filiũ tuũ: q̃ tecũ viuit et regnat ĩ



vnitate spiritus sancti deus:



Per oĩa scl'a scl'oꝝ. Amen.



Dñs vobiscũ. Et cum spũ tuo.



Sursũ corda. Habem⁹ ad dñm



Gratias agamus domino deo



nostro. Dignum et iustum est.



Vere dignũ ꝛ iustũ ẽ equũ



et salutare: nos tibi sẽp ꝛ vbiq;




grãs agere. dñe sctẽ pr̃ oĩps etne



de⁹. Fõs ꝛ origo toti⁹ luminis q̃



mũdũ illustrasti lumĩe tue clari



tatis mittẽdo nobis vnigenitũ



tuũ ꝑ vterũ ĩtemerate virginis



Et quẽ lõge ante ꝓmisisti ꝓphe



tarũ oraculis: tẽporib⁹ nouissi-



mis misisti lucẽ ꝑplis sedẽtibus



in tenebris. Te ergo dñe deꝓca-



mur: vt has candelas nomini



tuo ꝑparatas tua bñdictione di



gnerꝭ bñ ✠ dicere q̃ nos trãstu-



listi a potestate tenebrarꝫ in lucẽ

repe



dimisit.

an=
ma=
rece=

sut
xp̄m
Et cū
tes ei⁹ b
legis ꝑ e
nas suas /
Nūc dimittꝫ i.
Sax.

a ꝓ.cxlix.
atio
eta.
e tuis
s:quas
nēdādas
an quoꝝ de
ue hec sacrifi-

Jo. xv cia offerim⁹. p. Cōio. Ego vos elegi de mundo vt eatis ꝛ fructū afferatis: et fructus vester maneat. Postcōio.

SUmētes dn̄e diuina mysteria q̄s: vt sctōꝝ ꝯfessoꝝ tuoꝝ atq; pontificū / vedasti et amādi p̄cibus: sctificationē nobis iugiter operētur. Per dn̄m.

¶ Sctē scolastice v̄ginis. Offm̄

p. xliiii DIlexisti iusticiā ꝛ odisti iniq̄tatē: ppterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie p̄ꝛe ꝯsoꝛtib⁹ tuis. p̄s. Eructauit coꝛ meū verbū bonū: Ibidē dico ego opa mea regi. Orō.

DEus q̄ btē v̄ginis tue scolastice aīam ad ostēdendā inocētie viā i colūbe specie celos penetrare fecisti: da nobis q̄s: ei⁹ meritis ita innocēter viuere: vt ad eadē mereamur gaudia puenire. p. d̄. Epl'a. Sapientia vincit. in cōi. fo. xvi. Gr. Dilexisti iusticiā ꝛ

p. xliiii odisti iniq̄tatē. V̄. Propterea vnxit te de⁹

et oia de⁹ tu⁹ oleo leticie. Alla. V̄. Diffusa ē

infra. gr̄a i labijs tuis: ppterea b̄ndixit te de⁹ ineternū. Euāge. Simile ē re. ce. decem v̄ginib⁹. i cōi. fo. xvi. Offr̄. Offerētur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi. Secreta

SUscipe q̄s dn̄e desideria supplicātiū fideliū cū oblationibus hostiaꝝ: vt iteruenīēte btā scolastica v̄gine tua: q̄ te sincero dilexit amoꝛe: nec fides i nobis toꝛpeat / nec charitas tepescat.

p. xliiii Per dn̄m. Cōio. Diffusa ē gr̄a in labiis tuis: ppterea b̄ndixit te de⁹ ieternū.

FAmiliā tuā q̄s Postcō. dn̄e sp̄uali cibo satiatā: btē v̄ginis tue scolastice merit; p̄picī⁹ respice: vt sicut ipsi⁹ p̄ci bus ad obtinēdū qd̄ cōcupiuit / imbꝛē celit⁹ descēdere feci sti: ita ei⁹ supplicationibus / ariditatē coꝛdis n̄ri sup̄ne digner; gr̄e roboꝛe pfundere. p. ¶ Scti valētini epi ꝛ martyr. Ad missā. Offm̄

IN virtute tua dn̄e letabit̄ iust⁹: ꝛ sup salutare tuū exultabit vehemēter desideriū aīe p. xx. ei⁹ tribuisti ei. p̄s. Dn̄e p̄ꝛeuenisti eū in b̄ndictionib⁹ dulcedinis: posuisti i capite eius coꝛonā de lapide p̄ꝛecioso. Or. Eodē.

PResta q̄s ops̄ de⁹ / vt q̄ btī valētini martyꝛis tui natalicia colim⁹: a cūct; malis iminētib⁹ / ei⁹ itercessiōe liberemur p. Epl'a. Beat⁹ vir q̄ inuent⁹. in cōi. fo. iiii. Gr. Btūs vir q̄ timet dn̄m p. cxi. in mādatis eius cupit nimis. V̄. Potēs Eodē. in terra erit semē eius: generatio rectoꝝ b̄ndicetur. Allā. V̄. Btūs vir q̄ suffert iaco. i. tentationē: qm̄ cū pbat⁹ fuerit accipiet coꝛonā vite. Euāge. Si quis vult post me veīre. in cōi. fo. v. Offr̄. In virtute tua dn̄e letabit̄ iustus: ꝛ sup p. xx. salutare tuū exultabit vehemēter: desideriū anime eius tribuisti ei. Secreta

SAcrificiū q̄s dn̄e qd̄ offerimus gratū tibi beatus martyꝛ valentin⁹ suffragatoꝛ efficiat. p. Cō. Magna est glia eius i p̄s. xx. salutari tuo: gloꝛiā ꝛ magnum decoꝛem

QUos celesti dn̄e substātia imponēs super eū dn̄e. Postc. recreasti: beati valētini martyris tui meritis / a cunct; q̄s exue ppiciat⁹ aduersis. p. d̄. ¶ Sācte iuliāe v̄ginis ꝛ martyꝛis. offm̄.

LOquebar de testimōijs psal. c. tuis i ꝯspectu regū ꝛ nō xviii. cōfūdebar: ꝛ meditabar

in mãdatis tuis q̄ dilexi nimis.
Eodē. ps. Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege domini. Oratio.
O Mps sempitne de⁹/ q̄ infirma mūdi eligis vt fortia q̄q₃ ꝯfūdas: da nobis in festiuitate sctē martyris tue iuliane ꝯgrua deuotiōe gaudere: vt potētiā tuā in ei⁹ passiōe laudem⁹: ⁊ ꝓuisū nobis ꝑcipiam⁹ auxiliū. p. Epistola. Dñe de⁹ me⁹ i cōi. fo. xliij
ps. xliiii Gr. Diffusa ē gr̃a in labijs tuis: ppterea bñdixit te de⁹ inetnū. V. Propter veritatē ⁊ mãsuetudinē ⁊ iusticiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla.
ecclie vox. V. Hec ē virgo sapiēs: quā dñs vigilātē inuenit. Euā. Simile ē re. ce. the. in cōi. fo. xv. Offr. Filie regū i honore tuo astitit regina a dextris tuis: in vestitu deaurato circundata varietate.
IN sctē martyris (Secre. tue iuliane passiōe ꝑciosa te dñe mirabilē ꝑdicātes/ munera votiua deferim⁹: ꝑsta q̄s: vt sicut ei⁹ tibi grata sūt merita: sic nr̃e seruitutis accepta reddant officia. p. d. Cōio. Simile est regnū
Mat. xxv. F celorū hoi negociatori q̄rēti bonas margaritas: inuēta vna ꝑciosa margarita/ dedit omnia bona sua ⁊ cōparauit eam.
LIbātes dñe mē Postcō. se tue btā mysteria q̄s: vt sctē iuliane martyris tue iterue niētib⁹ meritis: ⁊ tpalē nobis miam tribuas ⁊ eternā: p. d. Cathedra sācti petri. Of.



Eccli. xlv. D STatuit ei dominus testamētū pacis: et pricipē fecit eū/ vt sit illi sacerdotij dignitas ineternū. ps. Misericordias dñi: ineternum cantabo. Gloria patri. Oro. ps. lxxxviii.
DEus q̄ btō petro apl̃o tuo collatis clauib⁹ regni celestis aias ligādi/ atq₃ soluendi pōtificiū tradidisti: cōcede ppicius: vt itercessiōis ei⁹ auxilio/ a pctōrū nr̃orū nexib⁹ liberemur. Qui viuis et reg. cū deo. Lectio epystole bti petri apostoli.
PEtr⁹ apl̃s iesu xp̄i electis i. c. i. A. aduenis dispsiōis pōthi galathie/ capadocie asie/ ⁊ bithinie/ scdm ꝑsciētiā dei patris i sctificationē spūs/ i obedietiā ⁊ aspersionē sāguinis iesu xp̄i: gr̃a vobis et pax multiplicet. Bñdict⁹ de⁹ et pater dñi nr̃i iesu xp̄i: q̄ secundū magnā miam suā regenerauit nos i spē viuā/ p resurrectionē iesu xp̄i ex mortuis i hereditatē icorruptibilē ⁊ incōtaminatā i celis/ i vobis q̄ i v̄tute dei custodimini p fidē i salutē patā reuelari i tēpore nouissimo. In quo exultabitis modicū nunc si oportet ꝯtristari i varijs tentationib⁹: vt ꝓbatio fidei vr̃e multo ꝑciosior sit auro qd̄ p ignē ꝓbat. Inueniat i laudē ⁊ gl̃iam ⁊ honorē in reuelatione iesu xp̄i: dñi nr̃i. Gr. Exaltēt eū in eccl̃ia plebis: et in cathedra seniorū laudēt eū. V. ps. cvi
Eodē. Confiteātur dño mie eius: et mirabilia eius filiis hominū. Tract⁹.
Mat. xvi. B. TU es petrus: et sup hanc petrā edificabo ecclesiam meam. V. Et porte inferi nō ꝑualebūt aduersus eā: a tibi dabo claues regni celorū. V. Quodcūq₃ ligaueris super terrā: erit ligatū et i celis

ꝟ. Et quodcunqȝ solueris super terram: erit solutum ⁊ in celis. Euange. secundum matheum.

ca. xvii B. In illo tempore: Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos: dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alij iohannem baptistam: alij autem heliam / alij vero hieremiam / aut vnum ex prophetis. Dixit illis iesus. Uos autem quem me esse dicitis? Respondens autem symon petrus: dixit. Tu es christus filius dei viui. Respondens autem iesus: Dixit ei. Beatus es symon bariona / quia caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi / quia tu es petrus: ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi: non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo: claues regni celorum. Et quodcunqȝ ligaueris super terram: erit ligatum ⁊ in celis. Et quodcunqȝ solueris super terram: erit solutum ⁊ in celis. Credo

ꝑ. xliiii Offer. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui in omni progenie et generatione. Secreta.

Ecclesie tue quesumus domine preces et munera beati petri apostoli tui commendet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus: nobis prosit ad veniam. Per dominum nostrum iesum christum. ⁊c. Prefatio. Et te domine. Communio. Tu es pe-

Mat. xvi. B. trus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcommunio

Letificet nos domine quesumus munus sumptum: vt sicut in apostolo tuo petro te mirabilem predicamus: sic per illum tue sumamus indulgentie largitatem. Per dominum.

Sancti mathie apostoli. Officium.



Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. ꝑ. Domine ꝑ. cxxxviii. Eodem. probasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam ⁊ resurrectionem meam. Oratio.

Deus qui beatum mathiam apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quesumus: vt eius interuentione tue circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per dominum. Lectio actuum apostolorum. ca. i. B.

In diebus illis: Exurgens petrus in medio fratrum: dixit. Erat autem turba hominum simul fere centum viginti. Uiri fratres: oportet impleri scripturam quam predixit spiritus sanctus per os dauid de iuda / qui fuit dux eorum qui comprehenderunt iesum: qui connumeratus erat in nobis / ⁊ sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis: et suspensus crepuit medius / et diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus hierusalem: ita vt appellaretur ager ille lingua eorum acheldemach / hoc est: ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorum. Fiat commoratio eius deserta: et non sit qui inhabitet in ea / et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum congregati sunt in omni tempore / quo intrauit ⁊ exiuit inter nos dominus iesus incipiens a baptismate iohannis vsqȝ in diem qua assumptus est a nobis testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos ioseph qui vocabatur barsabas: qui cognominatus est iustus / et mathiam. Et orantes / dixerunt. Tu domine / qui corda

nosti oim: ostēde quē elegeris ex his duob⁹: vnū accipere locū ministerij hui⁹ et apostolatus: de quo puaricat⁹ ē iudas: vt abiret in locū suū. Et dederunt sortes eis: ⁊ cecidit sors super mathiā. Et annumerat⁹ est: cū vndecim
p.cxxx viii. apostolis. Gradale. Nimis honorati sunt amici tui de⁹: nimis ɔfortatus
Eodē. est pricipat⁹ eorū. V. Dinumerabo eos: et sup arenā multiplicabūtur. Tract⁹
Beatus vir q timet dn̄m: i mādatis eius cupit nimis V. Potēs i
p.cxi. et oia infra. terra erit semē ei⁹: generatio rectorū bndicet. V. Gloria et diuitie i domo eius: et iusticia eius manet in seculum seculi.

Euāgeliū secundū Matheū.
c.xi.D. In illo tpe: Rn̄dens iesus: dixit. Cōfiteor tibi pr̄ dn̄e celi ⁊ terre: q̄r abscōdisti hec a sapiētib⁹ ⁊ prudētib⁹: et reuelasti ea paruulis. Ita pr̄: qm̄ sic fuit placitū ante te. Oia michi tradita sunt a pr̄e meo. Et nemo nouit filiū nisi pr̄: neqꝫ patrē q̄s nouit nisi fili⁹: ⁊ cui voluerit filius reuelare. Venite ad me oēs q laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiā vos. Tollite iugū meū sup vos: ⁊ discite a me: q̄r mitis sum et humilis corde: ⁊ iuenietis requiē aiab⁹ vestris. Iugū enim meū suaue est: ⁊ onus meū leue.
p.xviii Credo. Off. In oēm terrā exiuit son⁹ eorū: ⁊ i fines orbis tre v̄ba eorū. Secr.
Deus q pditoris apostaterumnā: ne apl̄orū tuoꝝ numerus sacrat⁹ pfectiōe careret: bti mathie electiōe supplesti presentia munera sctifica: ⁊ p ea nos gr̄e tue virtute ɔfirma. p. d. Prefatio. Et te dn̄e. Cōio. Vos qui secuti estis me sedebitis sup sedes iudicātes duodecim trib⁹ israel: dicit dn̄s. Mat. xix.D.

Presta q̄s ops ⁊ (Postcō. misericors deus: vt p hec scta q sumpsim⁹ iteruenīēte btō mathia apl̄o tuo / veniā ɔsequamur ⁊ pacem. Per dn̄m. Scti dauidis epi et ɔfessoris. Officiū.



Statuit ei dn̄s testamentū pacis / et
Eccli. xlv.D pricipē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas ieternū. ps Mias dn̄i: ineternū cantabo. Oratio.
p.lxxx viii. Da q̄s ops de⁹ / vt bti dauidis ɔfessoris tui atqꝫ pōtificis venerāda solēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ salutē. p. d. Epl̄a. Ecce sacerdos mag. q i di. In cōi. fo. x. Grad. Dn̄e preuenisti
ps. xx. eū in bn̄dictionibus dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide pcioso. V. Vitā petiit et tribuisti ei: lōgitudinē dierum i scl̄m scl̄i. Tr. Btūs vir. vt s. i of
Eodē. ficio pcedēti. Euāge. Hō qdā pegre. In cōi. fol. xii. Offr. Veritas
p. lxxx viii. mea ⁊ mia mea cum ipso: et in noie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Respice q̄s dn̄e munera populi tui i bti cōfessoris tui atqꝫ pōtificis honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis pficiat ad salutē. p. Cōio. Beat⁹
Mat. xxiiii. seruus quē cum venerit dn̄s / inuenerit vigilantē: amen dico vobis super oia bona sua cōstituet eū. Postcōio
Quos tuis dn̄e reficis sacramētis: scti dauidis ɔfessoris tui atqꝫ pontificis attolle benignus suffragijs: vt nostre redēptiōis effectum: et mysterijs capiamus et moribus. Per dn̄m.

Scti cedde epi & ꝯfesso. Offm.
Daii. Acerdotes dei bñdici
iii.D. te dñz: scti & hũiles cor
de laudate deũ. ps. Bñ
Eodẽ. dicite oia opa dñi dño: lau
date & superexaltate eũ in secula. Or.
Omñps sempiterne de⁹: q̃ nos
bti cedde ꝯfessoris tui atq
põtificis hodierna festiuitate le
tificas: tuã supplices exoramus
clemẽtiã: vt cuius solẽnia deuo
tis officijs veneramur: ei⁹ pijs
suffragijs vite etne remedia cõ
sequamur. p. Epla. Dilect⁹ deo
et hoib⁹. In cõi. fo. xj. Gr. Ecce sa
Eccli. cerdos magn⁹ qui in dieb⁹ suis placuit
xliiii. deo. V. Nõ est iuẽtus similis illi: qui cõ
C. seruaret legẽ excelsi. Tr. Btũs vir. vt s
in officio scti gregorij. Euã. Ui
dete vigilate. in cõi. fo. xij. Offr.
p. lxxx- Inueni dauid seruũ meũ: & i oleo sctõ vn
viii. xi eũ: man⁹ eni mea auxiliabit ei: & bra
chiũ meum cõfortabit eum. Secreta.
Propiciare q̃s dñe suppli
cationib⁹ nris: & itercedẽ
te p nobis beato cedda cõfessore
tuo atq põtifice: his sacramẽtis
celestib⁹ seruiẽtes: ab oi culpa li
beros esse cõcede: vt purificante
nos tua gra: eisdẽ q̃b⁹ famula
mur mysterijs emũdemur Per.
Mat. Cõio. Dñe quinq talẽta tradidisti mi
xx.C. chi: ecce alia quinq suplucrat⁹ sum: eu
ge serue fidelis / q2 i pauca fuisti fidelis:
supra multa te constituam intra in gau
dium domini tui. Postcõio.
Presta q̃s dñe de⁹ nr: vt di
uinis mysterijs expiati / itercedẽ
te btõ cedda ꝯfessore tuo atq põ
tifice: ad superni plenitudinẽ sa
cramenti cuius libauimus san
cta tendam⁹. Per dñm. San

ctarũ ppetue & felicitatis. Offm
Ultũ tuũ depcabun p. xliiii
tur oẽs diuites ple
bis / adducẽtur regi
virgines post eã: p
xime ei⁹ adducent ti
bi in leticia & exultatione. p. Eru Eodẽ.
ctauit cor meum verbum bonum: dico
ego opera mea regi. Oratio.
Da nobis q̃s dñe deus nr:
sctãrũ martyr tuar ppetue & fe
licitatis palmas icessabili deuo
tõe venerari: vt quas digna mẽ
te nõ possum⁹ imitari: hũilimis
saltẽ frequẽtem⁹ obseq̃is. p. epla
De vginib⁹. In cõi. fo. xvj. Gr.
Gloriosus deus i sctis: mirabilis i maie Exo.
state faciẽs pdigia. V. Dextera tua dñe xv.A.
glificata est i virtute: dextera man⁹ tua
cõfregit iimicũ. Euãge. Simile ẽ re
gnũ celor de. i cõi. fo. xvj. Offr.
Offerentur regi virgines post eam: pro p. xliiii
xime eius offerentur tibi. Secreta.
Intẽde q̃s dñe mũera alta
rib⁹ tuis p sctãr martyr
tuarũ ppetue & felicitatis cõme
moratiõe pposita. vt sicut p hec
btã mysteria illis glam cõtuli
sti: sic nobis indulgẽtiã largia
ris & gram. p. Cõio. Quinq prudẽ Mat.
tes virgines acceperũt oleũ i vasis suis xxv.A.
cum lampadibus: media autẽ nocte cla
mor factus est: ecce sponsus venit: exite
obuiam christo domino. Postcõio.
Sanctar martyr tuar p
petue & felicitatis festiui
tate & sacramẽti diuini munere
vegetati: q̃s dñe. vt sicut bonis
tuis p tuã graz tpalit fouemur /
ita pfruamur etnis. p. Si ali
q̃d fe. iii. ke. a capite ie. vsq i crast.
oc. past. ꝯtigerit / nichil ide fiat:

nec etiã meõria. ¶ Patricij epi-
scopi et confessoris. Officium.
Eccli. xxv. D STatuit ei dñs testamen
tum pacis/ et principẽ fe-
cit eũ: vt sit illi sacerdotij
ps. lxxxviii. dignitas ineternũ. ps. Misericor-
dias dñi: ineternum cantabo. Oratio.
DA qs oñs de9/ vt bti patri
cij ꝯfessoris tui atqꝫ põtifi
cis venerãda solẽnitas: ꝫ deuo-
tionẽ nobis augeat et salutẽ. p.
Epla. Ecce sacerdos magnus q̃
in diebus suis. in cõi. fo. xij. Gr.
ps. cix. Jurauit dñs et nõ penitebit eũ: tu es sa-
cerdos ieternũ/ secundũ ordinẽ melchise
dech. V. Dixit dñs dño meo: sede a dex-
tris meis. Tr. Btũs vir. vt i of. seqn-
ti. Euãge. Vigilate qr nescitis.
ps. lxxxviii. In cõi. fo. xij. Offr. Inueni dauid
seruũ meũ: ꝫ i oleo scõ vnxi eũ/ man9 enĩ
mea auxiliabitur ei: et brachiũ meũ con-
fortabit eum. Secreta.
REspice qs dñe munera po
puli tui i bti patricij ꝯfessoris tui
atqꝫ põtificis honore oblata: et
tue testificatio veritatis nobis
Mat. xxiiii. pficiat ad salutẽ. p. d. Cõio. Fide
lis seruus et prudẽs/ quẽ ꝯstituit dñs su-
per familiam suam: vt det illis in tempo
re tritici mensurã. Postcõio.
QVos tuis dñe reficis sa-
cramẽtis: scti patricij cõfessoris
tui atqꝫ pontificis attolle beni-
gnus suffragijs: vt nře redẽptio
nis effectum/ ꝫ mysterijs capia
mus et moribus. Per. ¶ San-
cti gregori [redacted] Officium.
Dan. iii. D. Eodẽ. SAcerdotes dei bñdici
te dñz: scti ꝫ hũiles cor
de laudate deũ. ps. Bñ
dicite oĩa opa dñi dño: lau-
date ꝫ superexaltate eũ in secula. Orõ.

DEus q̃ aĩe famuli tui gre
gorij ẽtne btitudinis pre
mia ꝯtulisti: ꝯcede ppicius: vt q̃
peccatorz nřoꝝ põdere pmimur:
eius apd te patrocinijs subleue-
mur. p. d. Epla. Dedit dñs. In
cõi. fo. xij. Gr. Jurauit dñs et nõ pe- ps. cix.
nitebit eũ: tu es sacerdos ieternũ secũdũ Jbidẽ
ordinẽ melchisedech. V. Dixit dñs dño Eodẽ.
meo: sede a dextris meis. Tr.
BEatus vir qui timet dñz: i mãda ps. c. xi.
tis ei9 cupit nimis. V. Potẽs i terra erit et oia
semen ei9: generatio rectorũ bñdicet. V. infra.
Gloria et diuitie i domo eius: ꝫ iusticia
eius manet i seculũ seculi. Euãge. Vi
gilate qr nescitis. In cõi. xij. Offr.
Veritas mea et mia mea cũ ipso: ꝫ i noĩe ps. lxxxviii.
meo exaltabitur cornu eius. Secreta
INtercessio qs dñe beatissi
mi gregorij cõfessoris tui
atqꝫ põtificis: mie tue mũera cõ
ciliet/ vt q̃ merita nřa nõ valẽt
ei9 depcatio nobis obtĩeat. p. d.
Cõio. Fidelis seruus et prudẽs quẽ cõ Mat.
stituit dñs sup familiã suã: vt det illis in xxiiii.
tpe tritici mẽsurã. Postcõio. D.
COrporis sacri pciosiqꝫ sã-
guinis repleti libamine: qs dñe
de9 nř: vt qd pia deuotiõe geri-
mus: itercedẽte btõ gregorio cõ
fessore tuo atqꝫ põtifice/ certa re
dẽptiõe capiamus. p. ¶ Sancti
edvvardi regis ꝫ marty. Offm.
GLoria ꝫ honore coro ps. viii.
nasti eũ/ ꝫ cõstituisti
eũ sup opera manuũ
tuarũ. ps. Domine dñs Eodẽ.
noster: q̃ admirabile est nomen tuum in
vniuersa terra. Oratio.
DEus eterni triumphator
imperij: familiã tuã ppici9 respi
ce/ martyriũ regis celebrantem

edbvardi: ⁊ p̄sta/ vt sicut illum
munere glorificare dignaris ce
lesti: ita nos eius obtētu: eterne
felicitati facias dignanter ascribi
Per. Ep̄la. Beatus vir qui inue.
p̄s. xx. in cōi. fo. iiij. Gr. Posuisti dn̄e sup
caput eius: coronā de lapide precioso. ℣.
Ibidē Desideriū aie eius tribuisti ei: et volūta
te labiorū ei⁹ nō fraudasti eū. Tract⁹

Desideriū aie eius tribuisti ei: et
p̄s. xx. volūtate labiorū eius nō frau-
et oia i dasti eum. ℣. Quoniā preuenisti eum in
fra. benedictione dulcedinis. ℣. Posuisti su
per caput eius: coronā de lapide precio-
so. Euāgel. Si q̄s venit ad me.
p̄. viii. In cōi. fo. v. Offr. Gloria et hono-
re coronasti eū: et cōstituisti eum sup ope
ra manuum tuarum dn̄e. Secreta.

Intuere q̄s eterne de⁹: ad
nostre humilitatis hostiā
tibi i honore tui martyris ac re-
gis edbvardi oblatam: quā tibi
sacrā oblationē mirabili dispen
satione efficere voluisti: ⁊ conce-
de nobis illius precibus: ita in-
nocēter viuere/ vt ad eterna me
reamur gaudia peruenire. Per.
p̄s. xx. Cōio. Magna est gloria eius in saluta
ri tuo: gloriam et magnū decorem impo
nes super eum domine. Postcōio.

Sancta tua nos dn̄e sūpta
purificent: ⁊ btō martyre
tuo ac rege edbvardo itercedēte
ad ppetue beatitudinis ꝯsortiū
perducant. Per dn̄m. ¶ Sancti
cuthberti ep̄i ⁊ ꝯfessoris. Officiū
Eccli. Statuit ei dn̄s te-
xlv. D stamentū pacis/ et
principē fecit eū: vt
sit illi sacerdotij di
p̄. lxxx- gnitas ineternum
viii. Ps. Mias dn̄i: ineternū cātabo. Oro.

Deus qui per inestimabile
munus gratie tue sanctos
tuos facis esse gloriosos: presta
quesum⁹: vt interueniēte beato
cuthberto cōfessore tuo atq; pon
tifice/ mereamur ad culmen vir
tutū puenire. P. Epistola. Ecce
sacerdos magnus qui in dieb⁹
suis. In cōi. fo. xj. Gr. Ecce sacer- Eccli.
dos magnus qui in diebus suis placuit xxiiii.
deo. ℣. Non est inuētus similis illi: qui C.
conseruaret legem excelsi. Tractus.
Beatus vir. In cōi. fo. xj. Euange.
Hō quidā pegre. In cōi. fo. xij.
Offr. Inueni dauid seruū meum: ⁊ in p̄. lxxx-
oleo sācto vnxi eū: man⁹ enī mea auxilia viii.
bit ei: ⁊ brachiū meū ꝯfortabit eū. Sec.

Suscipe dn̄e q̄s hostiā redē
ptionis humane/ et inter
cessione beati cuthberti confesso
ris tui atq; pontificis: salutem
nobis mentis et corporis placa-
tus opare. Per dn̄m. Cōio. Bea- Mat.
tus seruus quem cum venerit dn̄s inue- xxiiii.
nerit vigilantē: amen dico vobis/ super
oia bona sua constituet eū. Postcōio.

Sancta tua quesumus do-
mine que sumpsimus nos
sua virtute tueantur: et interce-
dente beato cuthberto confesso-
re tuo atq; pontifice: cuius vita
gloriosa effulsit i pace: nos ⁊ san
ctitate custodiant. Per dominū
nostrū iesum christū filiū tuum:
Qui tecū viuit et regnat in vni-
tate spiritussancti deus. Per.
¶ Scti b̄n̄dicti abbat. Officiū.
Os iusti meditabitur Psal.
sapientiam/ et ligua xxxvi.
ei⁹ loquetur iudiciū:
lex dei ei⁹ in corde ip-
sius. Ps. Noli emulari in malignanti- Eodē.

bus: neq̄ zelaueris faciētes iniq̄tatē. Or.

Omnipotēs sempiterne de⁹/ q̄ hodierna die carnis edu ctum ergastulo beatissimū confessorē tuū benedictū subleuasti ad celū: cōcede quesumus hec festa tuis famulis celebrātib⁹ cunctorū veniā delictorū. vt qui exultātibus animis/ eius claritati congaudēt: ipso apud te interueniente cōsocientur et meritis Per. Epistola. Justus cor suum tradet. In cōi. fo. xiij. Gradale.

ps. xxxvi Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei

Eodē. eius in corde ipsius: et non supplantabūtur gressus eius. Tractus. Desiderium anime eius. vt supra in officio sancti edwardi. Euangelium. Nemo accendit. In cōi. fo. xiij.

ps. xx. Offr. Desideriū anime eius tribuisti ei domine: et voluntate labiorū eius nō fraudasti eum/ posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Secreta.

Oblatis dn̄e ob honorē bti bn̄dicti cōfessoris tui atq̄ abbatis placare muneribus: et ipsius interuentu/ cunctorū nobis indulgentiā tribue peccatorum. Per dn̄m. Cōio. Beatus ser-

Mat. xxiiii. D. uus quem cum venerit dominus/ inuenerit vigilantē: amē dico vobis: sup oīa bona sua constituet eum. Postcōio.

Prestet nobis dn̄e tui pceptio sacramēti: itercedente btō bn̄dicto cōfessore tuo atq̄ abbate: vt ꝯuersatiōis ei⁹ imitemur exēpla/ ꝯ ptingam⁹ ad p̄mia. p. d. ¶ Si festū. s. edwardi vel scti cuthberti/ aut scti bn̄dicti: ifra passionē euenerit/ nichil fiet de eis vsq̄ ad trāsla. eorūdē.

¶ In annunciatione beate marie virginis. Ad missaz. Officiū.



Rorate celi desuper/ et nubes pluāt iustum: aperiat terra: et germinet saluatorē. In

Esa. xlv. D

tēpore pasc. alla alla. ℣. Et iustitia oriat simul: ego dn̄s creaui eū. Or. Ibidē.

Deus q̄ de btē marie virginis vtero verbū tuū āgelo nunciante carnē suscipere voluisti: p̄sta supplicibus tuis: vt q̄ vere eā dei genitricē credimus/ eius apud te itercessionib⁹ adiuuemur. p. e. Lectio esaye pphete

In dieb⁹ illis: Locutus est dn̄s ad achaz dicēs. Pete tibi signū a dn̄o deo tuo in pfundum iferni: siue i excelsum supra Et dixit achaz. Nō petā: et non tētabo dn̄m. Et dixit. Audite ergo dom⁹ dauid. Nunq̄d parum vobis est molestos esse hoīb⁹/ q̄z molesti estis et deo meo? Propt hoc dabit dn̄s ipse vobis signū. Ecce vgo ꝯcipiet et pariet filiū: et vocabit nomē eius emanuel. Butyrū et mel comedet: vt sciat reprobare malū: ꝯ eligere bonū. Gr. Tollite portas principes vestras:

c. vii. D.

et eleuamini porte eternales / et introibit rex glorie. V. Quis ascēdet in mōtē dñi: āt q̄s stabit i loco sctō ei⁹: innocēs māib⁹ ꝛ mūdo corde. In tp̄e pasc. Alla. V. Aue maria gr̄a plena dñs tecū: bñdicta tu i mulierib⁹. Scd̄m Alla. erit vnū de subscriptis i officio seq̄nti. scz scti richardi hac die dicat̄ ista se quētia: licz i. xl. cōtigerit. Seq̄n.

Eodē.

lu. i. C

Aue mundi spes maria: aue mitis aue pia / aue ple na gr̄a. Aue virgo singularis: q̄ per rubū designaris / nō passū i cēdia. Aue rosa speciosa: aue ies se virgula. Cui⁹ fruct⁹ nr̄i luct⁹: relaxabat vicula. Aue carēs si mili mūdo diu flebili: reparasti gaudiū. Aue cui⁹ viscera / cōtra mortis federa: ediderūt filium. Aue v̄ginū lucerna: p̄ quā fulsit lux sup̄na / his quos vmbra te nuit. Aue v̄go de qua nasci / ꝛ de cui⁹ lacte pasci: rex celorū voluit Aue gēma / celi luminariū. Aue scti sp̄ūs sacrariū. O q̄ mirabi lis ꝛ q̄ laudabilis / hec ē v̄gitas In qua p̄ sp̄m facta paclitū / fuit fecūditas. O q̄ sctā q̄ serena / q̄ benigna q̄ amea esse v̄go credit̄ Per quā seruit⁹ finit̄: porta celi apit̄ / necnō libertas reddit̄. O ca stitat̄ liliū: tuū p̄care filiū / q̄ sa lus es hūiliū. Nec nos p̄ nr̄o vi cio / i flebili iudicio: subijciat sup plicio. Sed nos tua sctā p̄ce mū dās a pc̄ti fece. Collocet in lucis domo: amen dicat oīs hō. Tunc sacerd. ꝛ ei⁹ ministri i sedib⁹ iux ta altare p̄uati dicāt seq̄n. Tr. Aue maria gratia plena dñs te cum. V. Benedicta tu in mulie ribus / et benedictus fructus ventris tui V. Spiritus sanctus supueniet in te: et virtus altissimi obūbrabit tibi. V. Ideo qz et quod nascetur ex te sanctū / vocabit̄ filius dei. Euangeliū scd̄m lucam

In illo tp̄e: Missus est an gelus gabriel a deo / in ciui tatem galilee cui nomen naza reth / ad virginē desponsatā vi ro / cui nomen erat ioseph / de do mo dauid: et nomē virginis ma ria. Et igressus angelus ad eā: dixit. Aue gratia plena dñs te cum: benedicta tu in mulierib⁹. Que cum audisset / turbata est i sermone eius: et cogitabat qua lis esset ista salutatio. Et ait an gelus ei. Ne timeas maria: iue nisti eni gratiā apud deū. Ecce cōcipies in vtero / ꝛ paries filiū: et vocabis nomē eius iesum. Hic erit magnus: et fili⁹ altissimi vo cabitur. Et dabit illi dñs de⁹ se dem dauid patris ei⁹: et regna bit in domo iacob ineternū / ꝛ re gni eius nō erit finis. Dixit au tem maria ad angelū. Quomo do fiet istud: quoniā virū nō co gnosco. Et respondēs angelus: dixit ei. Sp̄ūs sctūs superueniet in te: ꝛ virt⁹ altissimi obūbrabit tibi. Ideo qz et quod nascetur ex te sanctū: vocabitur fili⁹ dei. Et ecce helizabeth cognata tua: et ipsa cōcepit filiū i senectute sua. Et hic mēsis est sext⁹ illi / q̄ voca tur sterilis: q2 non erit ipossibile apd̄ deū omne verbū. Dixit aūt maria. Ecce ancilla dñi: fiat mi chi: secūdū verbū tuū. Offr. Aue maria gratia plena dñs tecū: benedicta tu in mulieribus ꝛ bñdict⁹ fruct⁹ vētris tui. In tp̄e pascali. alla. Secreta.

c. i. C.

IN mētib⁹ nr̄is q̄s dn̄e vere fidei sacramēta ꝯfirma: vt q̄ ꝯceptū de virgine/ deū verū et hoīem firmiter ꝯfitemur: per eiusdē salutifere icarnatiōis potentiā: ad eternā mereamur peruenire leticiā. p. e. Prefa. Et te
esa. vii G. in annūciatiōe. Cō. Ecce virgo ꝯcipiet et pariet filiū: ⁊ vocabit nomē ei⁹ emmanuel. i tp̄e pasc. all'a all'a. postcō

GRatiā tuā q̄s dn̄e mētib⁹ nr̄is ifūde: vt q̄ āgelo nūciante xp̄i filij tui icarnationem cognouim⁹: p passionē ei⁹ ⁊ cruce/ ad resurrectiōis gloriā pducamur. p. e. ¶ Si hoc fes. in aliqua dn̄ica. xl. eueñ. sp differat in crastinū. Cū vero ifra passionē extra dn̄icā ꝯtige. ibi solēnit celebret. Si aūt i die cene/ vel i duobus dieb⁹ seq̄ntib⁹/ siue in ebdo. pasc. eueñ. i prima fer. vacante post oc. pasc. vbi cōueniētius potest celebrari/ celebret. Et hoc eodem modo fiat de ceteris festis duplicib⁹ / tp̄e p̄dicto ꝯtigētib⁹: et semp ifra. xl. qñ fit seruitiū de aliquo sctō nouē. lc. mis. de fes. post tertia dr. mis. vero de ieiu. post nonā: vtraq ad principale alta. et fiat ꝓstra. post Sctūs. et dicunt feriales p̄ces more solito ad illā mis. de ie. licet dup. fes. fuerit. ¶ Scti richardi epi. Officiū

Eccl. xlv. D STatuit ei dn̄s testamētū pacis/ ⁊ pricipē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas ineternum. In tp̄e pasc. all'a all'a. p̄s.
p̄. lxxxviii. Mias dn̄i: ineternū cantabo. Oratio.

DEus q̄ ecclesiā tuā/ meritis bt̄i richardi ꝯfessoris tui atq pōtificis/ fecisti miraculis chorusscare gloriosis: cōcede nos famulos tuos ipsi⁹ intercessiōe ad eterne btitudinis gl'iam peruenire. Per dn̄m. Epistola. Ecce sacerdos magnus qui i diebus suis. In cōi. fo. x. Gr. Domine preuenisti eū i bn̄dictionib⁹ dulcedinis: posuisti i capite ei⁹ coronā de lapide precioso. V. Uitā petiit et tribuisti ei longitudinē dierū in seculū seculi. Tract⁹. p̄s. xx. Eodē.
Beatus vir. In cōi. fo. xi. Euan. Homo quidā pegre. i cōi. fo. xij. In tp̄e paschali. All'a. V. Iustus germinabit sicut liliū: et florebit ineternum ante dn̄m. Secundū All'a. erit vnū de subscript. All'a. V. Mane nobiscū dn̄e: quia declinata est iā dies ad vesperū. All'a. V. Oportebat pati christū/ et resurgere a mortuis: et ita intrare i gloriā suā. All'a. V. Xp̄s resurgens ex mortuis/ iā nō morit: mors illi vltra nō dn̄abit. All'a. V. Surrexit altissimus de sepulchro: q̄ pro nobis pepēdit in ligno. All'a. V. Surrexit christus et illuxit populo suo: quem redemit ipse sanguine suo. All'a. V. Christus mortuus ē propter delicta nostra: et surrexit ꝓpter iustificationē nostrā. All'a. V. Surgēs iesus dn̄s noster: stetit i medio discipulorum suorum/ et dixit pax vobis All'a. V. Surrexit dn̄s ⁊ occurrēs mulieribus ait auete: tunc accesserūt et tenuerūt pedes eius. All'a. V. In die resurrectionis mee dixit dn̄s: precedā vos in galileā. Quibus dictis dicūtur illa de ebdomada pasca. videlicet de tertia/ quarta/ ⁊ quīta/ fe. que sequunt. All'a. V. Surgēs iesus dn̄s noster/ stetit i medio discipulorū suorū: ⁊ dixit pax vobis. All'a. V. Surrexit dn̄s ⁊ occurrēs mulierib⁹ ait/ auete
[margin: ex esa. xxxv. D; Luce xxiiii. E.; Luce. xxiiii. D.; Ecclia ⁊ oia ifra.]

tūc accesserūt et tenuerunt pedes eius. Alla. ℣. In die resurrectionis mee di cit dn̄s: precedā vos i galileā. Qd̄ etiā obseruet i oi fes. cū regimine cho ri/ab oc. pasc. vsq ad ascensionē dn̄i: cū repetitiōe frequēti / si ne= cesse fuerit. Seqn. Adest nobis dies alma. in cōi. fo. xi. Euāgel. Ego sū vitis ve. in cōi. fo. i. Offr.

ꝑ.lxxx. viii. Ueritas mea et mia mea cū ipso: et i noie meo exaltabitur cornu ei⁹. In tēpore paschali alleluya. Secreta

Concede quesum⁹ miseri cors de⁹: vt itercedēte btō richar do confessore tuo atq pōtifice ocu= lis tue maiestatꝫ mun⁹ oblatū: et grām nobis bn̄ viuendi obti= neat/et gliā sempiternā acqrat Per. d. Cōio. Btūs seru⁹ quē cū vene

Mat. xxiiii. rit dn̄s iuenerit vigilātē: amē dico vobis sup oia bona sua constituet eū. In tpe pascali. alleluya alleluya. Postcō.

Hec sacrosctā sūpta myste ria nobis effectū dn̄e cōfe= rant salutarē: quor btūs richar dus confessor tu⁹ atq pōtifex: deuo tus extitit dispēsator. p. Scti ambrosij epi et doctoris. Officiū.

ꝑ.cxxxi Sacerdotes tui dn̄e iduāt iusticiā: et scti tui exultēt. Ppter dauid seruū tuum nō auertas faciē xpi tui. In tpe

Ibidē. pasc. alla. ꝑs. Memēto dn̄e dauid: et oīs māsuetudinis eius. Oro.

Deus q̄ ppl'o tuo etne salu tis btm̄ ambrosiū ministrū cōces sisti: pstā q̄s/ vt quē doctorē vite habuim⁹ i terris: itercessorē sēp habere mereamur i celis. p. Ep'la

ꝑ.cix. Dedit dn̄s. i cōi. fo. xii. Gr. Jura uit dn̄s et nō penitebit eū: tu es sacerdos ineternū scd̄m ordinē melchisedech. ℣.

Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. Eodē.

Tr. Btūs vir. vt s. fo. xi. Euā. Ui gilate q; nescitꝫ. i cōi. fo. xii. i tpe pasc. Alla. ℣. Justus germinabit si= ex esa. cut liliū: et florebit ineternū ante dn̄m. xxv. D

Scd̄ꝫ Alla. vnū de supra scriptis. Seqn. de cōi. fo. xi. Euan. Ego sū vitꝫ ve. i cōi. fo. i. Credo. Offr. Ueritas mea et mia mea cū ipso: et i noie ꝑ.lxxx= meo exaltabit cornu ei⁹. In tpe pasc. viii.

Hallelupa alleluya. Secreta. Hec i nobis sacrificia de⁹: in tercedēte btissimo cōfessore tuo ambrosio: et actiōe pmaneāt / et opatiōe firment. p. Cō. Btūs seru⁹ Mat. quē cū venerit dn̄s iuenerit vigilantem: xxiiii. amē dico vobis sup oia bona sua constituet D. eū. in tpe pasc. alla alla. Postcōio.

Sancti ābrosij nos q̄s dn̄e iugit psequat oro: vt qd̄ petitio nr̄a nō ipetrat: ipso p no bis iteruēiēte pstet. p. Sctōr tyburtij et valeriani. marty. of.

Sancti tui dn̄e bn̄dicēt ꝑsal. te: gloriā regni tui di= cxliiii. cent alla. ꝑs. Exaltabo Ibidē. te deus meus rex: et bn̄dicā noi tuo in seculū et in seculū seculi. Or.

Presta q̄s ops de⁹: vt q̄ san ctor martyr tuor tybur tij/valeriani/atq maximi solē= nia colimus: eorū etiā virtutes imitemur. p. Ep'la Ligua sapiē tum. i cōi. fo. vij. Alla. ℣. Scti tui Eccle= dn̄e florebūt sicut liliū: et sicut odor bal xxix. sami erūt ante te. Secūdū Alla. erit de prima dn̄ica pcedēti: et hoc in oibus fe. sine regimie cho. ab oc. pasc. vsq ad ascē. dn̄i obseruet. Euangeliū. Ego sum vitis vos palmites. i cōi. fo. i. Offr. Confi= ꝑ.lxxx= tebunt celi mirabilia tua dn̄e/etenim ve viii.

ritatē tuā i eccl'ia sctōꝝ all'a all'a. Secr.
PResētib⁹ dn̄e q̄s itēde munerib⁹: et patrocinātibus sctis martyrib⁹ tyburtio/ valeriano/ et marimo/ quoꝝ solēnia celebram⁹: fidelib⁹ tuis salutis idulgētiā ꝯferāt: et terrena p̄mia dignāter acq̄rāt. p. Cōio. Gaude
p̄.xxxii te iusti in domino alleluya: rectos decet collaudatio, alleluya. Postcō
SAcramēti tui dn̄e q̄s sumpta bn̄dictio/ corpa nr̄a mētesq; sctificet: et sctōꝝ martyꝝ tuoꝝ tyburtij/ valeriani/ et marimi itercessionib⁹: sempit'ne glie ascribēdos nos p̄paret. p. ¶ Scti alphegi epi. et mar. Offm̄.



p̄.lxvi. PRoterīsti me de⁹ a cōuētu malignātiū alleluya: a multitudie opantiū iīq̄tatē all'a all'a. p̄s. Exaudi de⁹ orōnē meā cū depcor: a timore
Eodē. inimici eripe aiam meā. Oro.
DEus q̄ btm̄ alphegū pōtificē tuū sacerdotij dignitate et palma martyrij decorasti/ ꝯcede p̄pici⁹: ita nos apd̄ te ei⁹ itercessionib⁹ adiuuari/ vt cū eo possimus i et'na felicitate letari. Per. ep'la. Doctrinis varijs. i cōi. fo. v. All'a. v. Elegit te dn̄s sibi in sacerdotē magnū i populo suo. Euā. Ego sum vitis vera. in cōi. fo. j. Offr̄.
p̄.lxxxviii. Cōfitebunt celi mirabilia tua dn̄e: etenī veritatē tuā i eccl'ia sctōꝝ all'a al. Secr.
HEc dn̄e altari tuo mūera iposita bn̄dic ip̄e et suscipe: vt itercessiōe bti alphegi martyris tui atq; pontificis: nobis ad fructū p̄ficiāt vtriusq; salut'. p.
Johā. xv. A. Cō. Ego sum vitis vera et vos palmites: qui manet in me et ego in eo/ hic fert fructū multū all'a alleluya. Postcōio
SVmpto dn̄e sacramēto/ tuā supplicit' depcamur clemētiā: vt itercedēte btō alphego martyre tuo atq; pontifice/ qd̄ t'paliť gerim⁹: ad vitā capiamus eternam. Per dominum.
¶ Scti georgij martyris. Offm̄.



PRoterīstime deus a cōuētu malignātiū all'a. a multitudie opātiuꝫ iīq̄tatē. al. al. p̄.lxvi
p̄s. Exaudi deus orōnē meā cū dep
Eodē. cor: a timore iimici eripe aiam meā. Or.
DE⁹ q̄ nos bti georgij martyris tui/ merit' et itercessiōe letificas: ꝯcede p̄pici⁹: vt cuius bn̄ficia poscimus: dono tue grē ꝯsequamur. p. d̄. Lctō bti iacobi ap'li.
CHarissimi: Oē gaudiū eristiate/ cū i tentatiōes varias icideritꝫ: sciētes q̄ pbatio fidei vr̄e/ patiētiā opatur. Patiētia aūt op⁹ p̄fectū habeat: vt sitꝫ p̄fecti et itegri i nullo deficiētes. Si q̄s aūt vestrū idiget sapiā: postulet a deo q̄ dat oībus affluēter/ et nō iprop̄at/ et dabit ei. Postulet aūt i fide: nichil hesitās. Qui eni hesitat/ similis est fluctui maris: q̄ a vēto mouetur et circūfert. Non ergo eristimet homo ille: q̄ accipiat aliq̄d a dn̄o. Vir duplex aīo icōstās ē: in omnib⁹ vijs suis. Glorietur autē frater humilis i exaltatione sua: diues autem i humilitate sua/ q̄m sicut flos feni trāsibit
ca. i. A.

Exortꝰ ē eni sol cū ardore: ⁊ are-
fecit fenū/ ⁊ flos eiꝰ decidit/ ⁊ de-
cor vultꝰ eiꝰ depijt. Ita ⁊ diues:
i itineribꝰ suis marcescet. Btūs
vir q̄ suffert tētationē: qm̄ cū ꝓ-
batꝰ fuerit/ accipiet coronā vite:
quā repromisit deꝰ diligētibꝰ se.
Alla. V. Letabit iustus i dño/ et spera
p.lxiii. bit i eo: ⁊ laudabunt oēs recti corde. Se
quētia. Organicis canamꝰ. in
cōi. fo. iiij. Euā. Ego sum vitis
ve. In cōi. fo. j. Credo. Offr. Cō
p.lxxx- fitebunt celi mirabilia tua dñe: etenī ve-
viii. ritatē tuā i ecclia sctōꝝ alla alla. Secr
Offerimꝰ tibi dñe solēne sa
crificiū ꝑ venerāda sancti
georgij martyris tui passiōe/ de
precātes clementiā tuā: vt ꝑ hec
sacrosctā mysteria: antiq̄ hostis
tētamēta/ te triūphāte vicamꝰ:
et eterne remuneratiōis p̄miū/
te largiēte sequamur. p. d. Cōio
p.lxiii. Letabit iustus i dño/ et spabit i eo: ⁊ lau
dabūtur omēs recti corde. Postcōio.
Mense celestis satiati dul-
cedine: hūilit te rogamꝰ
oīps pater: vt intercedēte btō ge
orgio martyre tuo: resurrectio-
nis eiꝰ simꝰ participes/ cuiꝰ su-
mus morte redēpti. Qui tecū vi.
Scti marci euāgeliste. Offm.
Protexisti me. vt supra. Oratio
Deus q̄ btm̄ marcū euāge
listā tuū/ euāgelice p̄dica
tiōis grā sublimasti: tribue q̄s:
eiꝰ nos semꝑ ⁊ eruditiōe ꝓficere:
⁊ orone defēdi. p. d. Ad epheseos
c.iiii.B Fratres: Unicuiq̄ nostrū
data ē grā secundū mēsu
ram donatiōis xpi. Propter qd
dicit. Ascēdēs i altū/ captiuā du
xit captiuitatē: dedit dona hoi-
bus. Qd aūt ascēdit qd ē: nisi q̄
et descendit primū ad inferiores
partes terre. Qui descēdit: ipse ē
et q̄ ascēdit suꝑ oēs celos/ vt ad-
impleret oīa. Et ipse dedit quos-
dam q̄dē aplos/ quosdā aūt pro
phetas: alios vero euāgelistas/
alios vero pastores/ ⁊ doctores/
ad cōsummationē sctōꝝ i opus
ministerij/ i edificationē corꝑis
xpi donec occurramꝰ oēs i vnita
tem fidei ⁊ agnitiōis filij dei/ in
virū ꝑfectū: i mēsurā etatis: ple
nitudinis xpi. Alla. V. Primꝰ ad
syon dicet ecce assum: et hierusalē euāge
listā dabo. Sequentia. Laus de-
uota. In cōi. fo. iij. Euan. Ego
sū vitis ve. In cōi. fo. j. Offr. Cōfi
tebūtur celi mirabilia tuā dñe: eteni ve- p.lxxx-
ritatē tuā i ecclia sctōꝝ alla alla. Secr viii.
Beati marci euāgeliste tui
solēnitate tibi munera de
ferentes/ q̄s dñe: vt sicut illū p̄di
catio euāgelica fecit gl'iosuz: ita
nos eiꝰ itercessio ⁊ verbo et oꝑe
tibi reddat acceptos. per. Prefa.
Et te dñe. Nō dr̄ i hac p̄fa. Per
btōs euāgelistas: sed ꝑ btōs apo
stolos. Cō. Ego sum vitis vera ⁊ vos Iohā.
palmites. q̄ manet i me ⁊ ego i eo hic fert xv.A.
fructū multū alleluya alla. Postcōio
Refecti cibo spiritalis ali-
monie/ q̄s dñe deus nr̄: vt
qd mysterio frequētamꝰ: iterce-
dēte btō marco euāgelista/ ple-
na v̄tute ꝯsequamur. p. d. Si
hoc fes. i aliquo festo post oc. pas.
ꝯtigerit/ tūc fiat ꝓcessio post ma
gnā missā de. s. marco. Si i ebd.
pasc. aliqd. fes. vl ieiu. euen. ni-
chil de fe. fiat. nihil de ie. nec post
nec an: nisi forte i oc. ꝯtigerit: tūc

eni potest differri i crastinū. Hoc
idē obseruet̄ i ebd̄. pēthe. ¶Scti
vitalis marty. offm̄. Protexisti
me. vt supra. Oratio.
Presta q̄s ops de⁹: vt inter-
cedēte btō vitale martyre tuo: &
a cūctis aduersitatibus munia-
mur i corpore: & a prauis cogita
tionib⁹ mūdemur in mēte. p. d.
Epla. Nemo militās deo. i cōi.
Eccl'ie vox. fo. iiij. Alla. v̄. Scti tui dn̄e florebūt
sicut liliū: et sicut odor balsami erūt an-
te te. Sequētia. Organicis cana
mus. in cōi. fo. iiij. Euāge. Ego
sum vitis vera. in cōi. fo. j. Offr.
ps. lxxx-ix. Repleti sum⁹ mane mia tua: & exultaui-
mus: et delectati sumus all. Secreta.
Grata tibi dn̄e q̄s nr̄a sint
munera: qb⁹ scti vitalis
martyris tui passio recolitur ho
Jo. xv. A. noranda. p. d. Cōio. Ego sum vitis
vera et vos palmites: qui manet in me &
ego in eo/ hic fert fructum multum alle-
leluya alleluya. Postcōio.
Quesum⁹ ops de⁹: vt mu-
nus diuinū qd̄ sumpsim⁹ interce-
dēte btō vitale martyre tuo: sa-
lutari nobis proficiat affectu.
Per dominū. ¶In die apostolo
rum philippi et iacobi. Officiū.
Exclamauert̄ ad te dn̄e
in tp̄e afflictiōis sue:
et tu de celo exaudisti
ps. xxxii eos alla alla. ps. Exul
tate iusti i dn̄o: rectos decet collaudatio.
Deus q̄ nos ānua aplo (cor-
rum tuorū philippi et ia-
cobi solēnitate letificas: p̄sta q̄s:
vt quorū gaudem⁹ meritis: in-
struamur exemplis. Per domi-
num. Lectio libri sapiētie
ca. v. A Stabūt iusti in magna cō

stantia aduersus eos qui se an-
gustiauerūt: et qui abstulert̄ la-
bores illor. Uidētes autē turba-
bunt̄ timore horribili: & mirabū
tur i subitatiōe isperate salutis/
dicētes itra se penitētiā agētes
et pre āgustia spūs gemētes. Hi
sūt quos aliquādo habuim⁹ i de
risū: & in similitudinē improperij.
Nos isensati/ vitā illorū estima
bam⁹ isaniā: & finē illor sine ho
nore. Ecce quō ergo cōputati sūt:
iter filios dei. Et iter sctōs: sors
illorū ē. Alla. v̄. Stabūt iusti i ma-
gna cōstātia: aduersus eos q̄ se āgustiaue
runt. Alla. v̄. Nōne cor nostrū ardēs
erat i nobis de iesu: dū loq̄ret̄ nobis i via
Sequētia. Clare sctōrū. in cōi.
fo. ij. Secundū iohānem.
In illo tp̄e: Dixit iesus di- ca. xiiii A.
scipulis suis. Non turbet̄ cor ve-
strū. Credit̄ i deū: & i me credite
In domo p̄ris mei: mansiōes mul-
te sūt. Si quominus dixissem vo-
bis: q̄r vado parare vobis locū.
Et si abiero et pparauero vobis
locū: iterū veniā et accipiā vos
ad meipm/ vt vbi sū ego/ et vos
sit̄. Et quo ego vado vos scitis:
et viam scitis. Dixit ei thomas.
Dn̄e: nescim⁹ quo vadis. Et quo
modo possum⁹ viā scire. Dixit
ei iesus. Ego sū via: veritas/ et
vita. Nemo venit ad patrē: nisi
per me. Si cognouissetis me: et
patrē meū vtiq̄ cognouissetis.
Et amodo cognoscet̄ eū: & vidi
stis eū. Dixit ei philippus: Dn̄e/
ostēde nobis patrē: & sufficit no-
bis. Dixit ei iesus. Tāto tēpore
vobiscū sum: & non cognouistis
me. Philippe/ q̄ videt me: videt

et patrē. Quō tu dicis: ostende nobis patrē? Nō credis q2 ego i patre: & pr̄ i me est? Uerba q̄ ego loquor vobis: a meipso nō loquor. Pater aūt i me manēs: ipse facit opa. Nō creditis q2 ego in pr̄e: & pater i me ē? Alioquin ppter ipsa opa credite. Amē amē dico vobis: q̄ credit i me opa q̄ ego facio et ipse faciet / et maiora horū faciet / q2 ego ad patrē vado Et qd̄cūqz petieritis patrē i noīe meo:
p̄.lxxxviii. hoc faciā. Credo. Offr̄. Cōfitebūtur celi mirabilia tua dn̄e: etenī veritatē tuā in ecclīa sctōrū all'a all'a. Secreta

Deus ecclesie tue redēptor atqz pfector: da vt aplorū tuorū philippi et iacobi p̄cibus paschalis sacramēti dona capiamus: quor nobis magisterio ea voluisti p̄dicari. p.d. Prefa. Et
Johā. xiiii.C te dn̄e. Cō. Tāto tēpore vobiscū sum' & nō cognouistis me: philippe q̄ videt me videt et patrē allelupa. nō credis quia ego in pr̄e et pater i me ē all'a all'a. Postcō.

Paschale mysteriū recēlētes / vtōr apostolor tuor philippi et iacobi dn̄e q̄s p̄cibus foueamur: quorum magisterio hoc cognouimus exequendum. Per dn̄m. ¶ In inuentione sancte crucis. Of.



Gala. vi.A. Nos aūt gloriari oportet i cruce dn̄i nr̄i iesu xpi: i quo ē salus / vita / et resurrectio nr̄a: p quē saluati & liberati sum' all'a all'a. P̄s. De' mi-
p̄.lxvi. sereat' nr̄i et bn̄dicat nobis: illumiet vultum suū sup nos & misereat' nr̄i. Kyrie Lux & origo. Et dr̄ cū suis. ℣. Or.

Deus q̄ i p̄clara salutifere crucis iuētiōe / passionis tue miracula suscitasti / ɔcede: vt vitalis ligni p̄cio / eterne vite suffragia ɔsequamur. Qui viuis. ¶ Nulla fit mēo: de resurrectiōe sed de sctis martyrib' alexādro / euētio / & theodolo. Orō.

Presta q̄s oīs de': vt q̄ sanctor martyr tuor alexādri / euētij et theodoli natalitia colim': a cūct' malis iminētib': eor itercessiōib' liberemur. p. Epl'a. Cōfido de vobis. i cōi. fo. iiij. All'a

Ecclie vox. ℣. Dulce lignū dulces clauos dulcia ferēs pōdera: q̄ sola fuisti digna sustinere regē celor & dn̄m. All'a. ℣. Dicite i gē-
p̄.xcv. tibus q2 dn̄s regnauit a ligno. Seqn̄.

Salue crux sancta arbor digna. Cui' robur p̄ciosū: mūdi ferret talētū Ut hostis p lignū victor: ligno reuicereť. Nō qz exortu mort' primis erat terrigenis: paradiso ppulsis Causa etiā vite foret cūct': xpi morte vere viuificat'. Horrificū tu es sēp signū inimicis / crux sacra seuis. Quā mors pauet: infernusqz timet / q̄ xpo suos recōsignat. Cui sit laus i euum. Scd̄m iohannē.

In illo tp̄e: Erat hō ex pharisees nichodem' nomie: princeps iudeor. Hic venit ad iesum nocte: et dixit ei. Rabbi: sci-
c.iii.A mus q2 a deo venisti magister. Nemo eni potest hec signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit de' cū eo. Respōdit iesus: et dixit ei. Amē amen dico tibi: nisi quis renat'

fuerit denuo/ nō potest videre re
gnum dei. Dixit ad eū nichode-
mus. Quō potest hō renasci/ cū
sit senex? Nūqd potest ī vētrem
matris sue iterato ītroire/ ⁊ re-
nasci? Rñdit iesus. Amē amē di
co tibi: nisi qs renatus fuerit ex
aqua et spū sctō/ nō potest itroi-
re ī regnū dei. Qđ natū ē ex car-
ne: caro est. Et qđ natū ē ex spū:
spūs est. Nō mireris: q2 dixi tibi
oportet vos nasci denuo. Spūs
vbi vult spirat: et vocē eius au-
dis: sed nescis vnde veniat/ aut
quo vadat. Sic est oīs: q̄ nat⁹ est
ex spū. Rñdit nichodem⁹: ⁊ dixit
ei. Quō possūt hec fieri? Rñdit ie
sus: ⁊ dixit ei. Tu es magister in
israel: ⁊ hec ignoras? Amē amē
dico tibi: q2 qđ scim⁹/ loqmur. ⁊
qđ vidim⁹/ testamur. et testimo
niū nostrū nō accipitis. Si ter-
rena dixi vobis/ ⁊ non creditis:
quō si dixero vobis celestia/ cre-
detis? Et nemo ascēdit ī celū/ ni-
si q̄ descēdit de celo: fili⁹ hoīs qui
est ī celo. Et sicut moyses exalta
uit serpentē ī deserto/ ita exalta-
ri oportet filiū hoīs: vt oīs q̄ cre
dit ī ipso non pereat: sed habeat
vitā eternā. Credo. Offr. Pro-
Ecclie oratio. tege dn̄e plebē tuā p signū sctē crucis: ab
oībus insidiis inimicorū omniū/ vt tibi
gratā exhibeamus seruitutē: ⁊ accepta-
bile fiat tibi sacrificiū nr̄m alla. Secr.

Sacrificiū dn̄e qđ tibi īmo
lam⁹ placat⁹ itēde: vt ab
oī nos exuat bellorū neqcia: ⁊ p
vexillū sctē crucis filij tui/ ad cō-
terēdas potestates aereas/ ⁊ ad
uersariorū īsidias: nos ī tue pte
ctiōis securitate cōstituat. Per
eundē. Alia secre. de martyrib⁹

Super has hostias qs dn̄e
bn̄dictio glīosa descēdat:
que ⁊ sctificationē nobis clemē-
ter operet/ et de martyrū tuorū
alexandri/ euētij/ ⁊ theodoli solē
nitate nos letificet. Prefa. Qui
salutē humani. Cōio. Per lignū Ecclie
serui facti sumus: et per sanctā crucē li- oratio.
berati sumus/ fructus arboris seduxit
nos: filius dei redemit nos alla. ī vtro-
q3 festo finiat cū alla. Postcōio.

Repleti alimonia celesti: ⁊
spiritali poculo recreati
qs oīs de⁹: vt ab oī hoste mali-
gno defēdas: quos p lignū sctē
crucis filij tui arma iusticie/ p sa
lute mundi triumphare iussisti:
Qui te. vi. Alia postcō. de mar.

Sumptis dn̄e munerib⁹ sa
cris tribue qs: vt ad eadē
appetēda sctōrū martyrū tuorū
alexādri/ euētij/ ⁊ theodoli pcib⁹
et exēplis/ pfpti⁹ icitemur. p. d.

¶ Johānis āte portā latinā. Of.




In medio ec eccli.
clesie apuit xv. C.
os ei⁹: ⁊ im
pleuit eum
dn̄s spū sapientie ⁊ in
tellect⁹: stola glorie ī-
duit eū. ps. Jocunditatē et exultatio Eodē.
nem thesaurizauit super eum. Oratio

Deus q̄ cōspicis q2 nos vn-
diq3 mala nr̄a pturbant/
presta qs: vt bti iohānis apl̄i tui
et euāgeliste intercessio gloriosa
nos protegat. Per dominum.

¶ Lectio libri sapientie.

Qui timet deū: faciet bona eccli.
Et q̄ cōtinēs ē iusticie/ apphēdet xv. A.
illā: et obuiabit illi quasi mater

honorificata. Cibabit illũ pane vite et intellect⁹: & aqua sapientie salutaris potabit illũ. Et firmabit i illo & nõ flectet: et ꝯtinebit illũ & nõ ꝯfundet/ & exaltabit illũ apud proximos suos. In medio eccl'ie aperuit os ei⁹: et iplenit eũ dñs spũ sapiẽtie & intellectus/ et stola glie iduit eũ. Iocũditatẽ & exultationẽ: thesauriza uit sup eũ. Et noĩe eterno hereditabit illũ: dñs de⁹ noster. Alla. ℣. Hic est discipulus ille qui testimoniũ perhibet de his: et scimus q2 verum ẽ testimoniũ eius. Seqntia. Laus deuota. i cõi. fo. iij. Scd̃m iohãnẽ.

Jo. vlt. G.

In illo tp̃e. Dixit iesus petro. Seq̃re me. Cõuersus petrus: vidit illũ discipulũ quẽ diligebat iesus sequẽtẽ/ q̃ & recubuit i cena supra pect⁹ ei⁹/ & dixit Dñe: q̃s est q̃ tradet te. Hunc ergo cũ vidisset petrus: dixit iesu. Dñe: hic autẽ q̃d. Dixit ei iesus. Sic eum volo manere: donec veniam. Quid ad te. Tu me seq̃re. Exijt ergo sermo iste iter fr̃es: q2 discipulus ille nõ morit. Et non dixit ei iesus q2 nõ morit: sed sic eũ volo manere donec veniã/ q̃d ad te. Hic est discipulus ille/ q̃ testimoniũ phibet de his: & scripsit hec. Et scim⁹: q2 verũ est testimoniũ eius. Credo. Offr̃. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus q̃ in libano est multiplicabitur allelu ya. Secreta

vlti. f.

ps. xci.

Sic nos dñe bti iohannis apl'i tui & euãgeliste solẽnia tuis fac celebrare mysterijs: vt q̃ pdicauit/ & credam⁹ pariter et sequamur. Per dñz. Prefatio Et te dñe. Cõio. Exijt sermo iter fratres/ q̃ discipulus ille non morit: et non dixit iesus nõ moritur/ sed sic eum volo manere donec veniam. Postcõio.

Jo. vlt. G.

Refecti dñe pane celesti: intercedẽte btõ iohãne apl'o tuo et euãgelista: ad vitã q̃s nutriamur et'nã. p. d. ¶ Scti iohãnis de beuerlaco ep̃i & ꝯfesso. of.



Statuit ei domin⁹ testamentũ pacis/ et principẽ fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas ineternũ ps. Mias dñi: ieternũ cantabo. Orõ.

eccl'i. xlv.

ps. lxxxviii.

Da q̃s oĩps de⁹: vt bti iohãnis cõfessoris tui atq3 põtificis venerãda solẽnitas: & deuotionẽ nobis augeat & salutẽ. Per dñm. Ep'la. Iustũ deduxit. In cõi. fo. xiij. Alla. ℣. Amauit eũ dñs & ornauit eũ: stola glie iduit eũ. Sequẽtia. Adest nobis dies. In cõi fo. xj. Euãge. Ego sum vitis ve. In cõi. fo. j. Offr̃. Ueritas mea & misericordia mea cum ipso: et in noĩe meo exaltabit cornu ei⁹. Secreta.

ps. xx.

ps. lxxxviii.

Respice q̃s dñe munera populi tui/ in bti iohãnis ꝯfessoris tui atq3 põtificis honore oblata et tue testificatio veritatis/ nobis pficiat ad salutẽ. p. d. Cõio. Fidelis seru⁹ et prudẽs/ quẽ ꝯstituit dñs sup familiã suã: vt det illis in tp̃e tritici mẽsurã. In tp̃e pasc. alla. Postcõ.

Mat. xxiiii. D.

Quos tuis dñe reficis sacramẽtis sancti iohãnis cõfessoris tui atq3 pontificis attolle benignus suffragijs: vt nostre redemptionis effectũ: et mysterijs capiamus et moribus. Per dominum. ¶ Sanctorum gordiani & epimachi. Officium.

Psal. Sancti tui dñe bñdicēt
cxliiii. te: gloꝛiā regni tui di-
cent alla. ps. Exaltabo
